Hic liber est Joannis Vallis presbiter-

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
2 C
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

ſmmg a M

ſm ſm mgmſm

mmmamama

nmom

operamaer

mamamqmqmq

mec mamea melbe

¶In hoc opere contenta.

De puritate conceptionis beatæ Mariæ virginis: libri duo.
De dolore eiuſdẽ ſacræ virginis in paſſione filij ſui: liber vnus.
De eiuſdem iuxta crucem filij ſui ſtatione: homelia.
De aſſumptione ipſius glorioſæ virginis: liber vnus.



¶Venale habetur in officina Hērici Stephani calcographi e regione ſcholarum Decretorum.

¶Iudocus Clichtoueus Neoportuenſis/ pijs dei-
parę virginis Marię amatoribus/ſalutem in do-
mino æternam.

PArentum honorem & gloriam/filij tanto de-
bent ſtudio proſequi/tanta zelare pietate: vt
cum indignum quippiam et indecens illis fal-
ſo īpingi iniuriq; cognouerint/& moleſto id fe
rāt animo: & obiectū illud crimē totis neruis
refellere annitātur, quo recte/bonoq; animo/
in parentes affecti: & pro illorū in ſua integri-
tate conſeruando nomine/ ſtrennue militare
comprobentur. Siquidem ita priſcos legimus/cum quicq̄ in dei
inhonorationē cedens aut ignominiā/dici aut fieri cōſpicerēt/
protinus veſtes ſuas abrupiſſe: vt eo argumento ſe grauiter fer-
4 Reg. 5. re declararent omniū patri deo contumeliā fieri. Eniuero Iorā
rex Iſrael cum accepiſſet Naaman Syrū leproſum a rege Syriæ
ad ſe miſſum vt curaretur a tabe leprę: ſcidiſſe veſtimenta ſua
ſcribitur/ atq; dixiſſe. Nūquid deus ego ſum vt occidere poſſim
Matth. 26. & viuificare: quia iſte miſit ad me/vt curē hominē a lepra ſua?
Sic Caiphas pontifex audiēs a Chriſto domino noſtro ꝙ ven-
Lucę. 22. turus eſſet in nubibus cœli cum poteſtate magna & maieſtate/
ꝙq; dei eſſet filius: e ſella pontificali exiliens diſcidit tunicam
ſuam/ tanq̄ irrogatam (vt putabat) deo cōtumeliā perpeti non
valens. Sic deniq; ſancti apoſtoli Barnabas & Paulus cum vi-
derēt ſe a Lycaonibꝰ deos exiſtimari/coroniſq; & ſacrificijs gē-
tilitio ritu propemodū adorari: indoluerunt mirum in modum
vanitatem illam ſuperſtitioſam/& in doloris teſtimoniū veſtes
Actuū. 14. ſuas diſruperunt/vt in actis apoſtolicis conſcriptū eſt. Atqui ſa-
croſancta virgo Maria/fideliū omniū mater eſt pientiſſima ſe-
cundū ſpiritū: & longe quidem verius/q̄ prima illa parens (quę
Gene. 3. Eua dicta eſt: eo ꝙ eſſet mater cunctorū viuentiū) totius huma-
ni generis eſt genitrix ſecundū carnē. quandoquidē ipſa apud
Eccli. 24. Eccleſiaſticū de ſe dicit. Ego mater pulchrę dilectiōis/ & timo-
ris/& magnitudinis/& ſanctę ſpei. Nos vero huius dulciſſimæ
matris ſumus filij: qui per eam vitę & ſalutis æternæ authorem
ſuſcepimus/in adoptionē filiorum dei recepti ſumus/reuocatiq;
ab exilio: regreſſum in antiquā hęreditatē obtinuimus. Cū igit
a pleriſq; tranſacto tempore/noſtræ digniſſimæ matri immo dei
parenti illata eſt grauis cōtumelia/ aſtruere contendentibus ꝙ
originalis culpę tetrā labem in ipſo ſui cōceptus momento cō-
traxerit/quę cœleſti ſemper puritate & ſupra angelicos ſpiritus
enituit: debemus noſipſi hanc inſignē iniuriā matris æquo ani-
mo ferre/& cōprimentes ora ipſam diſſimulare? noſtrūne mu-

nus eſt: aperta fronte nec cõniuentibus oculis/his noſtrę ſecũ-
dum ſpiritũ parẽti illatis probris obſiſtere/ ipſamq; ab hoc im-
properio vindicare/ Sane extructũ eſt paulo ante noſtra tẽpora
neſcio an ſupra firmã petrã aut potius ſuper harenã/ caſtrũ no-
uum: in noſtrę ſacratiſſimæ matris opprobriũ. Vnde venenata
cuſpide mortifera vibrantur tela in imaculatã ſuę cõceptionis
puritatẽ/ inſtructaq; acie ĩpetitur candidiſſimus illius ſplendor/
& atra peccati fuligine temerare cõtendit ipſius fabricator eã: Ipſe: vincẽ-
quę maculæ prorſus eſt exors. Verum non vincet ipſe (q̃uis a tius de ca-
vincendo nomen ſortiatur) inexpugnabilẽ turrim Dauidicã/ ſtro nouo.
ex qua mille pendent ad veritatis protectionem clypei. Semper Canti. 4.
enim & ſuper omnia vincit veritas. Acuenda quidẽ ſunt iacu- 3. Eſdrę 3.
la/ parandę rationũ machinę/ aptandaq; tormẽta ad caſtri illius
noui demolitionẽ. Pro qua ſubeunda expeditione/ nemo nõ ſe
promptũ & alacrem debet offerre: qui ſacroſanctæ virginis re-
uerentiã & venerationẽ pio cultu ſtudet propagare. Cęterũ vt
hoc affectis deſyderio/ atq; ad ſacram illam militiã ſe geſtienti-
bus accingere/ auxiliares ſuggeramus copias/ ſuppetiaſq; fera-
mus: hoc opuſculo intemeratã ſemper ſanctę virginis cõceptio-
nem/ & primitiuę labis exortẽ fuiſſe/ pro virili cõmonſtrabim⁹:
ipſum in duos diducturi libros. Quorũ prior/ rationes ex ſcriptu
ra cũ veteris tum noui teſtamenti deſumptas/ itidem & ex ſan-
ctorum patrũ dictis/ afferet: ad cõprobandã hanc originis ſacra-
tę virginis puritatẽ. Poſterior vero/ aduerſariorũ & oppoſitam
tutantiũ ſententiã rationes deo adiutore diluet/ diſſoluet/ atq;
refellet. quęq; ex caſtro illo nouo tela iaciũtur in illibatę virgi-
nis ſanctitatẽ: retorquere conabitur/ iualidaq;/ retuſa/ & ibellia
reddere. Verũtamẽ id vnum omnes ſibi perſuadeant expoſco:
id operis in nullius hominũ ſugillationẽ/ repręhenſionẽ morda
cem aut condẽnationẽ/ a nobis eſſe ſuſceptũ. neq; in cuiuſq̃ ta-
xationem amarã aut notam: iſtam eſſe paratam æditionem. ſed
dũtaxat ad veritatis elucidationem/ & prędicandã amplius di-
gniſſimę virginis laudẽ: quã nemo laudare ſatis queat. Itaq; be
nigno animo & ſine fraternę charitatis offenſiõe (quã neq; nos
ipſi in hac elucubratione ledere quoquo pacto intendimus) le-
gantur ab omnibus: quę dicendą proponimus. et ex ea lectione
ſyncerior induatur ardentiorq; animi affectus in beatã dei ma-
trem: cuius hac in re patrocinũ vtcũq; ſuſcepimus. vt ſicuti eſt:
ita a cunctis celebretur ſemper ſancta/ & ſuperſancta. Valete.

Iudoci Chichtouei Neoportuenſis/ de puritate conceptionis beatæ Mariæ virginis: liber primus.

Quid peccatum originale/ & vnde exortū eſt. Cap. I.

QVoniā notio quidnam ſit illud de quo ſuſcipitur determinatio/ omnis diſciplinę introitus eſt et principium: & noſtrū eſt inſtitutū hoc loco patefacere puritatem conceptionis beatiſſimæ virginis/ ꝙ originalis culpę omnino fuerit īmunis: operepreciū eſt ad dilucidiorem eorum quę pertractāda ſunt intelligentiā/ quid ſit originale peccatum/ in ipſo operis veſtibulo adaperire: ne quis ex illius ignorātia/ in foribus (vt aiunt) delinquat/ aut cæcutiens pedem offendat. Itaq;

Quid peccatū originale.

ſecundum antiquam patrū ſententiam/ peccatum originale eſt carnis in malum pronitas: ex pręuaricatione Adę in poſteros tranſfuſa/ atq; naturę prolapſæ ex generatione per cōcupiſcentiam/ inſita. Dictum quidem originale: ꝙ ab ipſa traducatur origine parentum/ & in prolem ex primaria naturę labefactione transferatur. de quo intelligitur illud pſalmi.

Pſal. 50.

Ecce enī in iniquitatibus cōceptus ſum: & in peccatis cōcepit me mater mea.

Actuū. 17.

Siquidem Adam primus parēs (ex quo vno fecit deus omne genus hominū: inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ) diuina gratia adornatus/ hanc ab ipſo creationis exordio accepit rectitudinem: vt appetitus rationi/ corpus animæ/ & anima deo prompte ſubiecta fuerit. Neq; pro ſe ſolo/ ſed & tota ſua futura ſobole hoc a deo gratiæ munus eſt cōſecutus: quod tanq̄ hęreditariū bonū ad venturam omnem ex ſe prolem tranſmitteret/ vbi diuino non contrairet pręcepto. Hanc autem vniuerſalem (vt ita dixerim) gratiam: authores iuſtitiam originalem appellant. At poſtq̄ creatura facta eſt rebellis per dati pręcepti tranſgreſſionem: illico & caro inſurrexit in ſpiritū/ et appetitus in rationem ſuſcitauit rebellionem. quoniam exinde decus illud & ornamentū iuſtitiæ/ primæq; rectitudinis: ablatum eſt. ſucceſſitq; illius loco obliquitas/ in malumq; procliuitas: non ipſum tantum authorem inobediētiæ labefactans/ verum etiam totā eius propaginem/ naſcituramq; ex ipſo progeniē. perinde atq; virus inſtillatū radici; ramos omnes inde prodeuntes/ & totū arboris fructum reddit venenatū. atq; ex fonte viciato profluētes riuuli eidem cōtrahunt vicium atq; inſalubritatē. Eam ob

Gene. 3.

cauſam maledictio primis a deo iuſte irrogata parentibus: in oēs deriuatur/ ex ipſis lege carnis progenitos. niſi diuina prolē præuenerit benedictio/ tollens maledictum & ſanans infirmi-

tatē. Cōdemnatio quoq; ipſis inflicta: itidem in omnes trāſijt. & obligatio ad mortē qua fuerunt obſtricti: totā etiā ſuam poſteritatem ex concupiſcentia genitā (vbi diuina per gratiā non interuenit benedictio) reddidit obnoxiā. vt iure peccatum illud protoplaſtorū/ vniuerſale dixeris: q; omnē hominū ſucceſſionem obligauerit ad mortē. ¶ Cæterū ſi morbo aliquo incurabili laborāt parētes ſecundum corpus/ vt lepra aut epilepſia: pleruq; filij ex natiuitate carnis eandē contrahunt moleſtiā morbi/ naſcunturq; leproſi aut epileptici. Nimirum igitur ex primis parentibus/ antiqui ſerpentis peſtifera tabe afflatis: progignimur eadē contaminati labe ex origine contracta/ et ex parētibus morbidis orimur morbidi. At quēadmodum ex parentum inualitudine in liberos trāſmiſſus corporis languor/ non protinus poſt natiuitatē ſe prodit: ſed manet occultus/ quoad in maiuſculā ætatē peruentū ſit/ & tunc lepra/ aut epileptica infirmitas manifeſto in ipſis deprahenditur indicio. ita ſane neq; hic animi morbus/ in ipſis mox natis pueris percipitur: latetq; occultus/ vt ignis exitialis cineribus adopertus atq; ſopitus/ potētia ſolum nō etiā actu animā infeſtans. Aſt vbi ex ephebis exceſſerunt & ad pubertatis perducti ſunt ānos: vix dicere queas/ in quantas concupiſcentiarum erumpat ignis ille feralis flammas. quantā ſuſcitet tū appetitus in rationem/ tum caro in ſpiritū rebellionem. Tunc eni lex carnis effuſis debachatur habenis/ et rapido ætatis æſtu ebullit in cupiditates/ in illecebras & deſyderia huius mundi. quibus niſi quis diuina adiutus ope valentius obluctetur/ & enixꝰ reſiſtat: in triſte decidet præceps viciorum barathrum. Neq; tamē ſolum putetur incommodare hoc originalis peccati cōtagium (ſiue fomitē ipſum dixeris/ ſiue ſtimulū carnis/ legē mēbrorum/ aut tyrānum naturæ/ alioue quouis nomine. nā nomina plura: res eadē) pueris iam ad puberes ānos perductis. quinimo et in ipſo conceptionis exordio ſecum ſua affert nocumenta: atq; officit plurimum. nam ipſo cōtaminatos malo inimicos dei cōſtituit/ excludit dei conſortio/ & filios iræ/ maledictionis atq; mortis in ipſo conceptꝰ momēto reddit. Eramus eni natura filij irę: vt ait apoſtolus. Sed quę inferat detrimenta hūano generi/ et quo remedio p Chriſtū a nobis ſublatū eſt tā triſte malū: ex alijs latiꝰ pquirēda reliquimus. et hęc miſſa faciētes: ad iſtitutū huiꝰ opis pſeqndū pgredimur Ephe. 2.

¶ Argumēto ex primis ſumpto parentibus: beatā virginē oſtendi puram in conceptione fuiſſe. Cap. II.

HOc quaſi iacto fundamēto noſtri propoſiti/ ad prænotionē nominis rei qua de diſſeritur neceſſario: animi noſtri aggredimur inſtitutū: oſtenſuri (quātū dederit deus) ſacroſanctā virginē Mariā/ glorioſā dei matrē/ immunē prorſus fuiſſe originalis contagij/ tum ſacrę

ſcripturæ authoritatibus atq; figuris eam præſignātibus/ tū ra-
tiocinationibus naturalibus: vero rationis rectę lumine ſubni-
xis/ tū ſanctorū patrū ſententijs atq; approbationibus. Ne autē
indigeſta multitudo cōfuſionē legētibus igerat/ rationes addu-
cendas in certū ordinē ac numerū redigemus / earūq; materiā
digeremus in capita: quo interpolata lectio faſtidiū leuet/ reſpi-
rationēq; animo inducat. ¶ Sit itaq; hæc prima ratio. Primus 1
Gene. 2. Adam ex terra virgine & nō ſubiecta maledicto/ formatus eſt:
vt ſecundū Geneſeos caput atteſtatur. Fecit(inquit)deus homi
nem de limo terrę/ quę tū maledictioni necdū fuit obnoxia: ob
primorū parentū puniendā tranſgreſſionē poſtmodū inflictæ.
Atqui primus Adam fuit forma & imago ſecundi/ longe perfe-
Rhoma. 5. ctioris & dignioris: vt perhibet beatus Paulus ad Rhomanos
ſcribens. Ergo & ſecundus Adam vtpote Chriſtus / etiā ex vir-
gine natus eſt non ſubdita maledictioni. Virgine inquā: quę in
ſacra ſcriptura per analogiam etiam terra dicitur/ ſed a deo be-
Pſal. 84. nedicta. Benedixiſti (inquit deiloquus pſaltes) domine terram
tuam. qui totus pſalmus ad litterā de ſacroſancta virgine Ma-
ria intelligitur / quæ terra eſt fœcunda atq; ſalutifera: de qua
orta eſt veritas/ & quæ dedit fructum ſuum toti mundo ſaluta-
rem. At vbi eſt preueniens dei benedictio / locum habere non
poteſt originalis contagio/. quandoquidem hęc ex maledictio-
ne & condemnatione ortum habuit. Non fuit igitur vnq̄ in ea/
labes originis. Alioqui ſyncerior erit formatio primi Adam/ qui
1. Corin. 15 de terra terrenus eſt: q̄ ſecundi/ qui de cœlo eſt cœleſtis. quo ni-
chil abſurdius aut magis impium. Fuit enim ille: preuaricatio-
nis/ condemnationis/ exilij/ ſeruitutis et mortis author. Hic ve-
ro: virtutis/ redemptionis/ ſalutis/ libertatis & vitę origo. Ille ſo
lus homo: hic deus & homo benedictus in ſęcula. ¶ Secunda 2
Gene. 3. ratio. Prima Eua/ viuentiū omniū mater ſecundū carnē/ vt di-
cit ſcriptura: ſine peccati alicuius ſorde formata eſt de viro/ vt
figura quędam/ typus & imago vmbratilis/ ſecundę Euę/ ſacra-
tiſſimę ſcilicet virginis Marię/ quę mater eſt omniū viuentium
ſecundū ſpiritum. Quicquid autem perfectionis in imagine &
veſtigio comperitur: idem quoq; eſt in exemplari & veritate/
quinimmo adhuc amplius. Ergo & beata virgo fuit exors la-
bis originalis. niſi maiorem quis velit aſcribere perfectionem
& puritatis dignitatem vmbræ q̄ luci / imagini q̄ archetypo.
quod extremę dementię & impietatis eſt. Quantū enī ſuperex-
Auguſtin9 cedat hęc ſecunda Eua/ priorem: audi dicentē Auguſtinū. Ma-
ter generis noſtri pœnā intulit mūdo: genitrix dñi noſtri ſalutē
attulit mūdo. auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Eua oc
cidēdo obfuit: Maria viuificādo profuit. Illa percuſſit: iſta ſana-
uit. Adde q̄ illa condēnationem induxit; iſta redēptionem. illa

mortē: iſta vitā. illa dolorē: iſta gaudiū. illa denicꝫ dei offenſio-
nē: iſta reconciliationē. illa cœlū occluſit humano generi: iſta
obſeratū patefecit. ¶ Qꝫ ſi quiſpiā inſiſtat (vt faciūt aduerſarij)
aliā fuiſſe rationem productionis Euæ/ primæ matris omniū/ Obiectiōis
& ſacroſanctæ virginis Mariæ. Illa enim (atteſtante ſcriptura) ſolutio.
ex coſta Adæ a deo formata eſt. hæc vero ex nuptiali paren- Gene. 2.
tum ſuorum thoro progenita: & proinde originali maculę ſub-
iecta/ cuius contrahendę prior Eua neutiq̄ habuit cauſā et oc-
caſionē. ¶ Non imus inficias aliā fuiſſe productionis rationē
vnius & alterius/ glorioſācꝫ virginē ex honorabilibus nuptijs
& imaculato thoro prognatā. Veruntamen ex eo non confici-
tur quod molitur aduerſarius. Nēpe ſi deus roſę contulit vt ex
ſpinis naſcatur ſine ſpinarum aculeis: cur efficere non potuit ꝙ
beatiſſima virgo naſceretur ſpeciali prærogatiua & priuilegio
ex ſanctis parentibus ſecundū naturæ legē/ ſine macula origi-
nis? cū de ipſa canat eccleſia. ſicut ſpina roſā: genuit Iudæa Ma
riā. et ī cāticis amatorijs æternus ſponſus de ea dicat: ſicut liliū Canti. 2.
īter ſpinas/ ſic amica mea inter filias. Ipſa certe liliū eſt purita-
tis/ mūditię/ & virginalis candoris: ī quo nullus vnq̄ fuit noxi9
ſpinarū peccati aculeus. Itacꝫ q̄uis primeuæ illius maculæ con
trahēdę cauſa atcꝫ occaſio/ ſcilicet productio ex cōnubiali com
mercio/ beatæ virgini nō abeſſet: eam tamē impediuit labē/ p̄-
ueniēs et p̄ſeruās dei gratia. nā niſi p̄uia benedictione/ ſingula
ri munere præſeruata fuiſſet: illā vticꝫ corruptelā more aliorū
cōtraxiſſet. Verū hac de re diffuſior poſteri9 habebit ſermo. Cę
terū nō oportet in omnibus/ prioris Euę & ſecūdæ expetere ſi-
militudinē & conſonātiā: ad cōprobandū qđ intendimus. ſed
ſufficit illa: quæ ſecundū vtriuſcꝫ originis puritatē ſumitur. quā
nō impedit multiplex in alijs ambarū differentia. ¶ Tertia ra-
3 tio. Poſtq̄ prima Eua ex primo Adā fuit formata: dixit Adam Gene. 2
de ea. hoc nunc os ex oſſibus meis: & caro de carne mea. Pro-
pterea appellabitur nomen eius virago: quia de viro ſūpta eſt.
Ediuerſo vero poſtq̄ factus eſt ſecundus Adam noſter de ſecū-
da Eua/ ſecundum humanam naturam: nonne vere ſecunda
Eua noſtra de ipſo ſuo Adam/ ſcilicet domino noſtro dicere po
tuit. hoc nunc os ex oſſibus meis: & caro de carne mea. pro-
pterea appellabitur nomen eius (vt ita dixerim) virginigena:
quia de virgine matre vere natus eſt/ & genitus carnē huma-
nam ſumpſit. Non fuit igitur vnq̄ virginea caro Mariæ: in-
fecta ſorde originali. Alioqui Chriſtus ex ea genitus/ car-
nem ſumpſiſſet aliquando prius peccato inquinatam in ma-
tre: quod ſummam eius maieſtatem dedecet/ & impieta-
tem ſapit. Eadem quippe virginis matris & Chriſti caro.
Quis oro id ęquo ferat animo/ aut benignis accipiat auribus:

Rhoma. 8. Chriſtum ſuperbenedictũ (qui venit in ſimilitudinem carnis peccati) eam ſumpſiſſe carnẽ quæ in matre aliquãdo fuiſſet ca ro peccati: nõne materna illa lues/ in filij poſtea nati cederet ignominiã: ꝙ ex carne peccati fuiſſet progenitus / & ſumma deitas ei fuerit carni cõiuncta: quæ prius in matre cõtagia pec cati ſenſerat/ Faceſſat hæc impietas : & maior aſſit de diuinis ſentiẽdi pie ꝑ loquendi reuerentia. Fateamur omnes vno ore : nõ minus matrem ſuperbeatã in ſuo ortu habuiſſe ſolũ ſimili tudinẽ carnis peccati: vt ex ea pro ſuæ maieſtatis decẽtia fili⁹ etiam ſumeret ſimilitudinẽ carnis peccati. neqꝫ tribuam⁹ vnq̃ peccato ſubiectã extitiſſe beatæ matris carnẽ: ex qua ædifican dum erat æternę ſapientiæ domicilium.

¶ Ex maledictione illata ſerpenti/ & primis parentibus: argu mentũ ſumi puritatis conceptionis beatæ virginis. CAP. III.

Varta ratio. Poſt prçuaricationẽ primorũ parẽ 4
Gene. 3. tum / dominus deus pœnam irrogans pec cati perpetrati: dixit ad ſerpentem. Inimici tias ponam inter te et mulierem/ & ſemen tu um et ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum: & tu inſidiaberis calcaneo illius. Quod ſane in nulla muliere completum traditur ſecundũ omnium ſententiam : q̃ in ſanctiſſima virgine Maria. Euolue queſo veteris inſtrumenti libros omnes / re cenſe in illis deſcriptarum illuſtrium ſanctarumqꝫ mulierũ ca talogum: Saram/ Rebeccam/ Rachel/ Raab/ Iudith/ Heſter/ & cæteras virtute præclaras atqꝫ memorabiles. nõ inuenies vl lam earum de qua verum ſit diuinum illud oraculũ: q̃ glorio ſã dei matrẽ & virginẽ Mariã/ hac ſingulari potentia præditã: vt ſerpẽtis caput cõtriuerit. Et merito quidẽ. nã ſicut ſecundus Adã deuicit antiquũ ſerpentẽ: a quo primus Adam victus fue rat/ & id inſtaurauit quod alter deſtruxerat. ita par fuit/ ſecun dã Euã et ſolã quidẽ inter mulieres: proculcare pedibus luridi ſerpentis caput/ a quo prima Eua male perſuaſa/ ſeducta fuit. vt ſecũda inter fœminas repararet: qđ prior deliquerat/ et vi ctrix illi⁹ foret hoſtis: a quo altera ſuperata ſuccubuit. Ipſa igiẽ eſt illa vnica et ꝑcipua mulier: inter quã et ſerpentẽ inimicitię a deo poſitę ſunt. nec id ſolũ: ſed et inter ſemen ſerpẽtis (iniqui tatẽ ſcilicet atqꝫ næquitiã omnẽ: quã iſeminat tortuoſus ille ſer pens cordibus hominũ) atqꝫ illius mulieris ſemen (Ieſum ſci
Pſal. 71. licet Chriſtũ ſuperbenedictũ: in quo benedictæ ſunt õnes trib⁹ & cognatiões terræ/ & qui vere ex ea carnẽ aſſũpſit) inimici tiæ perpetuæ habẽtur. nã principẽ huius mũdi nõ habentẽ in
Ioan. 12. eo quicq̃/ eiecit foras. Ipſa igitur mulier/ q̃ (vt dictũ eſt) ſerpen tis caput cõtriuit: haudquaq̃ fuit afflata veneno ſerpẽtis & ma

culæ originalis. Alias nõ cõtriuiſſet ipſa ſerpẽtis caput:ſed ab
eo cõtrita fuiſſet in ſuę cõceptiõis exordio/ & peſtifero illi9 af
flatu cõtacta/more aliorũ hominũ.& fuiſſet tũc filia iræ:q̃ ma
ter eſt toti9 gratiæ. Sed quis pietatẽ religiõis ſynceriter colens
recte admiſerit:eã aliqñ maledictiõis fuiſſe filiã & mortis/ per
quã bñdictio & vita mũdo reſtituta eſt?quis item in deũ pi9
dixerit eã dãnationi & p̄uaricationi fuiſſe obnoxiã: p quã ſal9
& redẽptio/toti mũdo inotuit?Abſit tãta abſurditas & ſcripturis
ris repugnãs ipietas: a cordib9 & ore fideliũ. Qz ſi i typo/figu
raq; cõſpicere libitũ cuiq̃ fuerit/p̄ſignificatũ id fuiſſe q̃ beata
virgo virulẽtũ ſerpẽtis caput virtutis ſuę pedib9 eſſet cõtritu= Iahel
ra:legat in ſacris hiſtorijs Iahel vxorẽ Aber Cynei/Siſarã prī= Iudic. 4.
cipem exercitus opprimẽtis Iſrael fixo per tempora dormien= Iudith. 13.
tis clauo interemiſſe. Iudith quoq; viduam caſtitate memora holofernes
bilem:caput Holofernis ebrietate ſopiti obtruncaſſe. deniq; & Aman.
Heſter reginã /Aman tumidũ & deſæuientẽ in populũ domi= Heſter. 7.
ni peſſum dediſſe. vſq;adeo vt fuerit ille tandẽ ſuffixus patibu
lo: quod in Mardochei fabricauerat exitium. Et p̄claris iſtis
mulieribus præſignatã eſſe cognoſcat eã inter mulieres bene
dictã:q̃ totius hũani generis hoſtẽ protriuit. ¶Quinta ratio.
5 Beatiſſimã virginẽ Mariã cõperimus exemptã a cõmunibus
humani generis et fœminei ſexus cõditionibus:in peccati pœ
nã a deo inflictis/& miſeriam denotantibus. Enimuero non
in concupiſcentia aut volũtate carnis filiũ dei concepit:ſed ſu
perueniente in eã ſpiritus ſancti virtute. Nõ item virginitatis
in partu (ſicut nec conceptu)paſſa eſt detrimentũ:ſed inte=
gra permanens & intemerata virgo/fœlici enixu filiũ ſuũ ędi=
dit. Nõ etiã in dolore prolem peperit vt cęterę: ſed cũ intimo
mẽtis et ſũmo gaudio. Nõ deniq; in puluerẽ verſa eſt eius ſan
ctiſſima caro:ſed glorificata p extremã regenerationẽ/ et ſup
oẽs ãgelorũ choros in cœlis ſublimata. quẽadmodũ in tertio
huius æditionis opuſculo id euadet manifeſtius. Quis igitur
(niſi prorſus cęcutiens)nõ videt cõſimiliter eã a cõmuni lege
cõtrahendi originale viciũ eſſe ſingulari gratia exẽptã?Nõne
multa in eã collata cœlitus peculiaria beneficia: huius quoq;
præſtiti facere debent fidẽ?Et cũ eã nõ audeat plus anim9 di=
cere poſt obitũ atq; obdormitionẽ in domino/datã fuiſſe ſecũ
dũ carnẽ/ eſcã vermibus:quis niſi impius et irreuerẽs in deũ/
auſit aſſerere eã i primo ſuo exortu datã fuiſſe ſecũdũ animã/
eſcã diabolo:et illi per peccatũ originis quãdoq; ſubiectã fuiſ
ſe?Nõne validã cenſebũt dialectici hanc ratiocinationẽ?Vbi
culpa originalis prius locũ habuit: ibidẽ poſtea & pœna ei=
dẽ iflicta cõperietur. Igitur ex oppoſito rationẽ cõuertendo/
vbi pœnã originali contagio debitã nõ offẽdis:neq; ibi culpã
ipſã reperiri. Siquidẽ iuſt9 eſt de9:qui neq; culpã ſinit impu=

nitã/neq; pœnã cuiq; citra culpã infligit. Atqui ĩ ſacratiſſima virgine Maria nõ fuit pœna/ originali pc̃tõ illata a deo atq; præſcripta: ſcilicet dolor in partu/ & reuerſio in cinerẽ atq; fauillã. Neq; igitur culpa (cui deſtinata fuerat illa pœna) quæ a parẽtũ cõtrahitur origine: in ea vnq̃ ſedẽ locumq; obtinuit.

¶ Qz ex arca Noe/arca Moſaica/& tabernaculo fœderis: cõprobatur beatæ virginis in cõceptione puritas. CAP. IIII.

Sexta ratio. Arca iuſſu dñi fabricata a Noe nõ demerſa eſt aquis diluuij: totã terrã & ędītiſſimos mõtes lõge ſupergreſſis/ſed ſola ipſa ſupernatãs ferebaſ in ſublimę. Siquidẽ quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper mõtes quos operuerat, at aquis ipſis excelſior arca ſupereminebat: ſecura periculi/& a diſcrimine naufragij libera. Sed quę obſecro eſt iſta arca ſecundũ myſticã intelligẽtiam: niſi beata virgo Maria/arca deifera? per quã a naufragio totum genus humanũ/& a dãnatiõis ęternæ diluuio liberatum eſt. Quis igiſ ſancti/patriarchæ/ꝓphetæ/apoſtoli; tanq̃ montes excelſi virtute & ſãctitate vitę/obruti ſint aquis & inũdatione peccati originalis/tãq̃ ſęui cataclyſmi mũdo inducti: ipſa tñ arca noſtra vniuerſos mõtes iſtos ſupergreſſa/ ferebaſ etiã in ipſo cõcept⁹ initio in ſublime puritatis / & nõ eſt immerſa huic voragini ſordis originalis. Quocirca de ipa nõ abſurde diciſ illud in ſcriptura ꝓconiũ. multę filiæ cõgregauerũt diuitias: tu ſupgreſſa es vniuerſas. Sane filię ipſę/ſunt aiæ fideles in adoptionẽ filiatiõis dei per gratiã aſſumptæ. Et hę quidẽ ꝓclaras virtutũ diuitias ſibi coaceruarũt: hęc pudicitiam/illa paupertatẽ/alia abſtinentiã/& cęterę reliquas animi dotes. Verũ hæc ſola eximia virgo ſupergreſſa eſt vniuerſas/ꝙ cum omnibus ſit virtutũ ornamẽtis cumulata: imunitatẽ inſuper originalis cõtagionis in cõceptu habuit/a qua cæterę nõ ſũt exeptę. & hæc eius eſt excellẽtia ſingularis. ¶ Septima ratio. 7
Exodi. 25. cap. iuſſa eſt a dño arca cõponi per Moſem ex lignis ſethim imputribilib⁹: in qua repoſitũ erat mãna/tabulæ legis/ & virga Aaron q̃ frõduerat. Atqui arca illa lignea/typ⁹ fuit & figura beatiſſimæ virginis: q̃ reuera arca eſt aiata/manu dei ſũmi architecti efformata/in qua recõditũ eſt mãna illud verũ/panis ſcilicet viuus qui de cœlo deſcẽdit. In eadẽ requieuit & legiſer noſter Chriſtus: qui ſacro ore deprõpſit legẽ nouã/& euãgelicã nõ ĩ tabulis lapideis more veteris/ſed ĩ cordib⁹ hoim deſcripſit. Denĩq; in eadẽ fuit fœcũditas & ſalutiferi ędītio fruct⁹ ſine viri cõſortio/& cũ virginali cãdore. q̃ per Aaronicã virgã prius aridã/& deinde ſine terrę humore aut alimẽto frõdẽtẽ virtute dei/& amygdala ꝓferentẽ: pręſignata

Marginal notes: Gene. 7. — Prouer. 31. — Exo. 25. — Ioan. 6. — Nume. 17 — 6 (beside "Sexta ratio")

fuerat. Nō fuit igitur in hac ſacratiſſima arca/ vlla vnq̄ putrefa-
ctio peccati: aut corruptio originis. Alioqui maioris fuit ornat⁹
& pręſtātię/ imago ipa & figura ianima: q̄ eius veritas. quādo-
quidē illa ex lignis cōpacta erat putredinē nō admittētib⁹: hęc
vero foret peccati inquinamēto putrefacta. ¶ Neqꝫ robur habet aduerſariorū ſubterfugiū: quo dicere poſſent (vt et alias ſępi⁹ di cūt) iſtas figuras et ſanctorū patrū ſentētias prędicātes cādidiſ-
ſimā ſacrę virginis puritatē: accipiendas eſſe pro eo tēpore quo
virgo ipſa facta eſt dei mater/ quoniā tūc cōſentiūt nullā in ea
fuiſſe tabē peccati. nō autē pro tēpore ſui cōceptus: quo fuit i ea
(vt ferūt) rubigo peccati. ¶ Nā ipſos pcōtari velim/ an ligna ſe-
thim erāt dūtaxat iputribilia cū applicarētur ad arcę cōpoſitio
nē: an potius ſuapte natura etiā ante fabricā arcę/ putrefactiōis
imunia. Si id ſecūdū (vt debēt) tribuāt: cur ſimili iure nō etiā li
bēter admiſerit/ arcā ipſā archetypā nō modo cū ſuſceptura eſſet
cœleſtē theſaurū/ ſed et in ipo ſui exortus principio: mundā et a
peccati putredine alienā fuiſſe? Certe ſi nouerint ex imagine ad
exēplar recte manuducere mentē: haud magno impendio hoc
8 quoqꝫ dinoſcent & vltro cōcedent. ¶ Octaua ratio. Eodē exodi
loco/ cap. ſcilicet. 25. & ſequētibus fabricatū eſt a Moſe iuſſu dñi
tabernaculū teſtimonij (quod etiā dicitur tabernaculū fœderis)
miro ornatu auri/ argēti/ lapidū: & cōtextu artis etiā admirādo.
Fuit autē id Moſaicū tabernaculū/ dūtaxat vmbra et imago ve
ri tabernaculi fœderis īter deū & hominē: beatę inquā virginis
Marię/ per quā recōciliatio hoīs ad deū facta eſt/ et quā inhabi
tauit cœleſtiū mādatorū aſſertor ac ānūciator Chriſtus: natus ī
mūdo vt teſtimoniū phiberet veritati. Refulſit igił in prima etiā
ipſius tabernaculi viui formatiōe/ oīs ornatus virtutū & gratiæ
in hoc ſacroſancto & aīato tabernaculo: vt poſtea illud icoleret
dñs virtutū & rex glorię. quo ōni ex parte veritas figurę reſpō-
deat/ & apta cōcinitate exēplar ſuę cōſentiat imagini. Plane de
hoc tabernaculo dicit pſalm⁹. Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſ
ſimus. Vbi autē diuina adeſt ſanctificatio: elimīata eſt & exulat
oīs peccati imūditia. Et rurſū de eodē diuin⁹ Ioānes ī Apocaly-
pſi. Ecce tabernaculū dei cū hoībus. quoniā in ipo factū eſt ad-
mirabile diuītatis cū noſtrę hūanitatis forma cōmerciū. ¶ Ve-
rū ſucclamabūt in nos aduerſarij/ ſe ex verbis ſupradictis occa-
ſionē nactos: qua noſtris noſipſos (vt aiūt) armis cōfodiāt. Di-
xim⁹ enī modo/ altiſſimū ſāctificaſſe ſuū tabernaculū/ beatā ſcꝫ
virginē. At ſanctificatio (dicūt) eſt a priore et pri⁹ inexiſtēte ma
cula expurgatio. Fuit igił in illo tabernaculo prius quicq̄ labis:
a quo cū ſanctificaretł/ eſt emūdatū. ¶ Quib⁹ ita reddēda eſt re-
ſponſio. ſi ſanctificare dūtaxat denotaret/ deterſa priore macula
ſanctū & mūdū reddere: robur & momētū haberet ipſorū cauſi-
latio. Verū alia inſuper eſt eiuſdem verbi acceptio: qua deſignat

Obiectiōis dilutio.

Exodi. 25.

Ioan. 18.

Pſal. 45.

Apoca. 21.

Obiectiōis ſolutio.

ſanctũ aliquid efformare/& ab omni labe preſeruare. quomodo
ſuũ tabernaculũ ſanctificauit altiſſimus: quoniã in prima ipſius
cõditione omnino purum & mundũ cõſeruauit/ ne vlla ei vnq̃
inhereret macula. Et hæc poſterior ſanctificationis ratio: lon-
ge potior eſt & dignior/q̃ prior. Siquidẽ preſtantius eſt/quẽpiã
ne vlla cõtaminetur ſorde/ſemp cõſeruare: q̃ poſt inquinationẽ
& contractã maculã/abluere/detergere/& purificare. Q̃ ſi cõ-
tendant/ dũtaxat priorẽ ſanctificationis modũ in vſu ſcripturæ
haberi: quomodo igitur deus pater ſanctificauit filiũ ſuũ/& mi-
ſit in mundũ/ ſicut ipſe filius Iudeorũ retundens blaſphemiã/
Ioan. 10. atteſtatus eſt. quẽ pater (ĩquit) ſanctificauit/& miſit in mũdũ. de
ſeipſo ſermonẽ faciens. Rurſum quomodo filius dei ſeipſum pro
Ioan. 17. nobis ſanctificauit/ſicut dicit ad patrem. Ego pro eis ſanctifico
meipſum. quãdoquidẽ omniũ cõfeſſione filius dei & idẽ verus
Eſa. 53. homo/peccatũ nõ fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. neq;
opus erat vt ab eo per ſanctificationẽ abraderetur ſcoria pecca-
ti. Sicut igitur pater filiũ ſanctificauit: quia ſecũdũ humanã na-
turã ſanctũ condidit atq; formauit. quod eni naſcetur ex te ſan-
Luce. 1. ctũ (inquit angelus ad ſacrã virginẽ) vocabitur filius dei. ita &
ſuũ tabernaculũ ſanctificauit altiſſimus: quoniã ne vlla lederet
cõtaminatione mali/preuia bñdictione & precedẽte gratia pre-
ſeruauit mundũ. vt nõ ſolũ ſanctificaſſe ſuũ inſigne tabernacu-
lũ dicatur: verũ etiã preſanctificaſſe/ & anteq̃ cõciperetur pre-
uenisse ipm in bñdictiõibus dulcedinis/et exuberãtioris gratie:

¶ Quomodo ex ſplendido Salomonis tẽplo/ & domo ædifi-
cata a diuina ſapientia: colligitur propoſitũ. Cap. V.

Ona ratio. Templũ Salomonis magnifico ſplẽ- 9
dore & apparatu cõſtructũ (vt tertij regũ ſextũ
caput cum ſequẽtibus refert) toto fuit orbe no-
1. para. 22. minatiſſimũ. Domus (inquit) dei quam ædifi-
care volo/talis eſſe debet: vt in cũctis regionibꝰ
nominetur. Et rurſum. Domus quã ædificare cu-
2. para. 2. pio: magna eſt/magnus eſt eni deus noſter ſup
Ibidem. oẽs deos. Quis ergo poterit preualere: vt ædifi-
cet ei dignã domũ/ Si cœlũ & cœli cœlorũ capere eũ nequeũt:
3. Reg. 6. quantus ego ſum/ vt poſſim ædificare ei domũ/ In eo quoq; tẽ-
plo id erat præcipuũ: ꝙ nichil fuit in fabrica illa inſigni/quod
4 Reg. 25. nõ auro tegeret & intus & foris. Si itaq; illud tẽplũ poſtea ꝓpha
natũ a gẽtibus/ſubuerſum a Babylonijs & ambuſtũ/tantũ ha-
buit decorẽ: quãtus putas ornatꝰ gratie/ſplẽdor puritatis & vir-
tutũ fulgor/fuit ĩ illo tẽplo veri Salomonis & dñi noſtri/ ab ipo
mirabili ſapiẽtia cõdito/ An locũ in eo potuit habere originalis
macula: quod manu dei fabrefactum aſſeruabatur in diuinitatis
1. Corin. 3. reclinatorium/ Si enim templum dei ſanctum eſt (vt ait apo-
ſtolus) in quo deus habitat & manſionem facit per gratiam:

vt corpus & cor hominis/pręparatum deo per vitæ puritatem
hoſpitiū: quanto ſanctius illud eſſe putandū/in quo carnem aſ-
ſumpſit / & per diuinitatis plenitudinē habitauit corporaliter?
De quo recte dixeris: ꝙ aliud non eſt ibi niſi domus dei & por-
ta cœli. Et rurſum. Hæc eſt domus domini firmiter ædificata/ Gene.28.
bene fundata eſt ſupra firmā petram/vtpote Chriſtū: cuius di- Luce.6.
gniſſimū fuit ſanctuarium/diuina protectione ab hoſtili incur-
ſu vndiqꝫ circunſeptum. vt peccati flagellum illi tabernaculo Pſal.90.
dei nunq̄ appropinquarit/nec malū originalis culpę ad ipſum
acceſſerit. Cęterum quoniā Chriſtū/ verum hic Salomonē no-
minauimus: & Salomonis Dauidici veritatē/exemplarqꝫ/ipm̄
eſſe inſinuauimus: age videamus paucis quæ ſit vtriuſqꝫ cōpa-
ratio atqꝫ cōuenientia/quo adducta ratio aptius huic propoſi-
to dinoſcatur cōgruere. Salomon in primis pacificus interpre-
tatur/& q̄diu in pręceptis dei ambulauit: regnū ſuū in ſumma
trāquillitate adminiſtrauit. Chriſtus autē frequenter a prophe-
tis rex pacificus nominatur: & pacis eius ſecundū Eſaiæ oracu
lum non erit finis. Rurſum Salomon inſigni ſapiētia reges oēs Eſa.9.
anteceſſit. In Chriſto autē qui dei virtus eſt & ſapientia/omnes
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ (apoſtolo teſte) ſunt abſconditi. Coloſ.2.
Deniqꝫ regina Saba venit ab extremis finibus terrę/audire ſa-
pientiā Salomonis. Ad Chriſti autē doctrinā ab oriente & occi- 3.Reg.10.
dente eccleſia gentiū certatim properauit: & leui mandatorū
eius iugo humilia colla ſubmiſit. quinimo vt vno verbo conclu
10 dam omnia: ecce pluſq̄ Salomon hic. ¶Decima ratio. Sapiens Matth.12.
diuino repletus ſpiritu ait in prouerbijs. Sapientia ædificauit
ſibi domū: excidit colūnas ſeptē. quod plane verbū de æterna Prouer.9.
ſapientia (quæ dei filius eſt) intelligitur: pręparante ſibi in ha-
bitaculū ſacratiſſimā virginem/ quam ſeptiformis gratiæ ſpiri-
tus ſancti colūnis ſuffulſit. Atqui diuinæ maieſtatis ſublimitatē
& puritatē ſummā attendens propheta: exclamat. Domū tuam
domine decet ſanctitudo in longitudinē dierū. non quidē in ſo Pſal.92.
lo ipſius domini in domū illam ingreſſu: ſed & in ipſa dom⁹ do
mini fabrica & perpetuo. alias minime in longitudinē dierum
extenderetur illa domus dei ſanctitudo. Fuit itaqꝫ in illa domo
ædificata ab æterna ſapientia: omnis ſanctimonia/ gratiæ co-
pia/cumulatiſſimuſqꝫ virtutū theſaurus. Et merito quidē. quo-
niam vt Salomon primo ſapientię cap. teſtatur. In maliuolā
animā nō itroibit ſapiētia: nec habitabit i corpore ſubdito pec- Sapien.1.
catis. Si igitur ſacræ virginis corpus fuit aliquādo peccati ori-
ginalis contagio/ſubditum: quo modo in ea habitauit poſtea
æterna dei ſapientia? Siquidē in ſupradicto ſapientis verbo de
increata & ſempiterna ſapiētia fit ſermo. Et ſi donū ipm̄ ſapiē-
tię nō infunditur a deo animæ maliuolæ/aut carnis obnoxiæ-

ſordibus: quomodo vt humanam aſſumat carnem vera patris
ſapiētia/reclinare voluerit in thalamo/putore peccati prius in-
fecto atq; polluto? ¶Vndecima ratio. Induſtrius architectus 11
animo cōſtituens domū ſplendidam ac operoſam cōſtruere: q̄-
optime et decentiſſime poteſt eam cōſtruit in futurū ſibi habita-
culum/neq; vllam in ea ſordem/ maculam aut peccatum artis
admittit. alioqui vicio dandus eſſet: neq; ſecundum artis
ſuæ pręcepta ædificium illud erexiſſet. Igitur & ſupremus arti-
fex hanc ſingularem domum ſibi conſtruens vt habitet in me-
dio eius: ab omni eam pollutione & corruptela etiam illabefa-
ctam ſeruauit. Eniuero id potuit: quia omnipotens eſt. quomo-
do itidem id faciūdum foret & quare: etiam ſciuit/quia ſumme
Pſal.134. ſapiens. Deniq; idem voluit: quia ſumme bonus eſt. Quod ſi vo-
luit: etiam illud fecit/vt quod fuerit decentiſſimū. Omnia enim
quęcūq; voluit: dominus fecit/in cœlo & in terra/in mari/& in
omnibus abyſſis. Si eni dederis deū non id feciſſe/domū ſcilicet
ſuæ diuinitatis ſacratāq; virginē efformaſſe mundā in primeuo
ſuo ortu: aut impotentiam ei impingis/quia non potuerit illud
præſtare. aut inſipiētiā/ignorantiáue: q; neſciuerit. aut maliuo-
lentiam negligentiāq;: q; noluerit aut non curauerit idipſum
efficere/ quod tamen ſuæ maieſtati erat congruentiſſimū. Vnū-
quodq; autem horum: extremę eſt impietatis.

¶Ex canticorū & libri ſapientię teſtimonio/probari puritatē
conceptionis ſanctiſſimę virginis. Cap. VI.

DVodecima ratio. In canticis amatorijs ſponſus/ 12.
Cantl.4. ſibi dilectā ſponſam his cōpellat verbis pariter
& extollit. Tota pulchra es amica mea: & ma-
Lucę.2. cula nō eſt in te. ſed quęnā eſt iſta æterni ſpon-
ſi amica: niſi ſacroſancta virgo Maria? quæ
Heſter.2. pręter cęteras iuenit gratiā apud dominū/ quā
Gene,24. dilexit rex ſuper omnes mulieres: queadmodū
in typo Aſſuerus reginā Heſter huius figuram/
quę eſt pręparata ſponſa filio dei altiſſimi: ſicut Rebecca ipſi
Iſaac filio Abrahę. Nō eſt igitur ī ea cuiuſq̄ culpę macula: quare
neq; labes originalis. Si enim illam originis luem in ea ponis:
Obiectiōis non totam ipſam eſſe pulchrā cōfitearis oportet/ & maculā illi
dilutio. impingis ac ingeris. ¶Q. ſi obijcias/ſupradictū canticorū ver-
bum ad litterā intelligi debere de eccleſia: quam Chriſtus ſibi
Ephe.5. ſponſam elegit & cōſecrauit/non habentem maculā neq; rugā.
quare perperā illud accōmodari & pręter authoris ſententiam/
ad beatam virginē ¶Id igenue fatemur quod aſſumit obiectio:
non tamē quod inde colligitur tribuimus. Nam fere quęcunq;
in ſacris litteris dicūtur de eccleſia Chriſti in cāticis & alijs lo-
cis: adaptātur etiā in vſu & officio eccleſiaſtico ſacroſanctę vir-

gini Mariç/quç eſt mater eccleſię:ex qua exciſus eſt lapis ille ſi ne manibus/ & firma petra/ſupra quã fundata eſt eccleſia. Nõ incõcinne igitur propter affinitatẽ eius & cognationẽ ad eccleſiam:a nobis omnibus eccleſię filijs decantandũ eſt cum pio affectu. Tota pulchra es virgo Maria:& macula originalis nõ eſt in te. ¶Rurſum obgãniũt aduerſarij tergiuerſationẽ querẽtes/ dicũtq; illud canticorũ eulogiũ iam adductũ & cõſimiles propoſitiones enũciantes ſacrã virginẽ eſſe imaculatã & intemeratam: ſolũ referendas eſſe ad tẽpus ſequẽs eius ſanctificationem (quã cõfingũt)in vtero materno/ emũdationẽq; a labe prius cõtracta. quia poſt huiuſmodi(dicũt)ſanctificationẽ: nulla prorſus in ea fuit macula peccati neq; originalis neq; actualis. Ideo cõtendũt nos inepte huiuſmodi p̃conia virginis glorioſę applicare ad tẽpus ſuę cõceptiõis ſecundũ carnẽ:aut ad tẽpus infuſionis animę in ſuũ corpus iam formatũ. quoniã pro hoc(inquiũt) tempore/fuit in ipſa ſordes peccati originalis. ¶Verũ ſcripturę veritati pulcaciter obniti/ vt ſuam ob[illegible] [illegible]

Danie. 2.

Lucę. 6.

Alteri9 obiectiõis diſlutio.

[illegible] agelo factę q; filiũ dei eſſet cõceptura. Si enim (vt [illegible]unt) ſolũ poſt ſui(quam ponunt) ſanctificationẽ/fuit pulchra & maculę imunis/nõ etiã in ipſo cõceptionis momẽto: nõ igitur tota fuit pulchra quantũ ad vniuerſam ſuę duratiõis morã. ſed partim quidẽ ſpecioſa poſt abraſam peccati ſcoriã/& parti fœda atq; labefacta ſorde:anteq̃ ſcilicet expurgaret. & tũc fuiſſet inuiſa & odioſa deo: addictaq; dãnationi. Quo igitur pacto tota fuiſſet pulchra:quomodo ſemp dulcis amica dei/ aut quomodo nũq̃ in ea fuiſſet macula? Fateamur igit ſupradictã virginis laudem & cõſimiles/imaculatã ipſius puritatẽ celebrãtes:accipi debere nõ pro vnica aut p̃ſcripta tẽporis vitæ eius portiũcula cũ tẽporis cõceptiõis ipi9 excluſiõe/ſed ꝓ toto exiſtẽtię ipſi9 tẽpore: cui etiã icludat tẽpus ſui exort9 atq; ꝓductionis. quãdoquidẽ hoc ad ampliorẽ cedit beatiſſimę virginis/& filij eius bndicti laudẽ atq; honorificentiã.

Lucę. 1.

13 ¶Decimatertia ratio. In ſexto libri ſapiẽtię capite/de ſacroſancta virgine maria id habet p̃conium:q; candor eſt lucis æternę/& ſpeculũ ſine macula dei maieſtatis. Vbi nõ ab re/nomine ſpeculi digniſſima virgo quã prędicamus eſt deſignata. Nempe vt ſpeculũ obiectarũ rerũ ſpectra/ ſimulachraq; & effigiẽ intra ſe recipit:ſine fractionis iiuria aut diſruptiõe. manet eni prorſus integrũ:& totã rei pręſentis imaginẽ vere & citra fucũ omnẽ admittit atq; refert. Ita quoq; p̃ſtãtiſſima virgo verũ dei filiũ hominẽq; factum caſtiſſimo cõcepit

Sapiẽ. 6.

vtero/ſuoq; cóplexa eſt gremio: ſine ſuę virginitatis obleſimentó. natura ſtupēte: virginitatē habuit fœcūditati mirū in modū cōiunctā. Huiuſmodi autē myſticū & ſpirituale ſpeculū diuinæ maieſtatis: ſine macula eſſe in propoſitis verbis aſſerit. quoniā neq; in ipſo vitę exordio neq; toto progreſſu vllā vnq̄ cōtraxit peccati labē: ſed ſupra angelorū puritatē/intemeratā & neutiq̄ labefactā ſeruauit mūditiē. Ideo terſum eſt & politiſſimū iſtud ſpeculum: quod deus totius puritatis fons/ impollutū & incoinquinatum mirifice cuſtodiuit. Si ſolem illi conferas: inferior eſt/quia interdum ſui luminis patitur deliquium. Si lunam: ſuccumbit illa/nam aduentitio nonunq̄ ſpoliata lumine: tenebris offunditur. Si deniq; igniferas ſtellas ad iſtud ſpeculum cōpares: longe minori ſunt ſplendore. nam interdiu hominibus ſuū fulgorem non reddunt conſpicuum: q̄ clariore ſolis iubare exterminentur. Huius vero ſpeculi nitor: ne vlla quidem ſorde cō... poteſt. eius claritas: nulla obſcurari caligine. eius de... [illegible] deformitate offuſcari/in qua diuina ſapientia ... [illegible] igitur in illo

Solutio. ... [illegible] ...ueram intelligi debere de ... [illegible] ...lius dei eſt: & non de ſanctiſſima virgine. ¶ Fatemur quidē primū: ſed ſecundū inficiamur. Nam propter conſubſtātialitatem æterni filij dei quantū ad humanā naturam/cum ſancta dei matre/conformitatēq; & identitatem carnis ab ea ſuſceptæ: quæcunq; in ſcripturis dicuntur de ęterna dei ſapientia/accōmodātur itidem ſecundū eccleſiæ vſum ad beatam virginem. vt quæ Sapientię ſexto cap. prouerbiorū octauo/ & Eccleſiaſtici viceſimoquarto diſſerūtur de diuina ſapiētia: ſecundo loco cōcinne et cōgrue attribuūtur & beatę virgini. Proinde de ipſa hoc cōcinitur pręconiū. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarū, anteq̄ quicq̄ faceret a principio: ab æterno ordinata ſum/ & ex antiquis anteq̄ terra fieret. nondū erant abyſſi: & ego iam concepta eram. Similiter & illud æternæ ſapientiæ eulogiū. Ab initio & ante ſecula creata ſum/ & vſq; in futurū ſęculum non deſinam: & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. quia pręordinata fuit ab æterno & pręelecta a deo: vt mater filij dei fieret in nouiſſimis tēporibus. Elegit enim eam deus ante mundi conſtitutionem: vt eſſet ſancta & imaculata in conſpectu eius. quēadmodum de ſanctis a deo in vitam ęternam pręcognitis: ſcribit Paulus apoſtolus primo cap. ad Epheſios.

Margin: Prouer. 8. — Eccli. 24. — Ephe. 1.

¶ Ex pſalmorū & euangelij teſtimonio/concludi conceptionis beatæ virginis puritatem. Cap. VII.

14 DEcima quarta ratio. Pſalmo octogeſimo-
quarto cōcinit propheta diuinorū conſcius
myſteriorū/dn̄o. Benedixiſti dn̄e terrā tuā: Pſal. 84.
auertiſti captiuitatē Iacob. remiſiſti iniqui-
tatē plebis tuę: operuiſti ōnia peccata eorū.
mitigaſti omnē iram tuā: auertiſti ab ira in-
dignatiōis tuæ. Vbi (vt etiā iam paulo ante Cap. 2.
dictū eſt) per terrā/ad litterā intelligit̄ beatiſ
ſima virgo Maria: quæ terra eſt ſpūalis cœleſti rore fœcūdata/
attulitq; fructū ſuū toti mūdo ſalutarē/de quo ibidē dicit̄. et ter
ra noſtra dabit fructū ſuū. Veritas enī æterna/ de terra illa orta
eſt: & iuſtitia de cœlo ꝓſpexit. Rorarūt tū cœli deſup (vt Eſaię Eſa. 45.
habet oraculū) & nubes pluerūt iuſtū: aperta eſt terra illa/diui-
næ benedictionis infuſioni/& germinauit ſaluatorē. Sed vnde
tanta huic terræ fertilitas: ꝙ tam ſuauē & pręclarū ædiderit fru-
ctū? quia benedicta eſt a dn̄o: & diuina bn̄dictione pręuēta. Sa-
ne terra ipſa materialis anteq̄ maledicto ob p̄uaricationē ſubia- Gene. 1.
ceret: ſponte protulit fruges/natiuaq; feracitate copioſum pro-
duxit homini fructū. At poſt parentū prolapſionē diuino ꝑculſa
maledicto: ſpinas & tribulos germinauit. & humano exculta la-
bore: vix bene expectatum & neceſſariū affert homini victum.
haud ſecus maledicto ſubiacens terra corporis noſtri: ſpinas cu-
rarū & tribulos noxiarū cupiditatū progignit/ ꝙ labē cōtraxit
originis. Terra vero ſacroſanctæ virginis/quinimmo ipſa beata
virgo/terra fructifera a deo inęternū bn̄dicta: nūq̄ ſenſit maledi
ctū Euæ matris. qui eni fiet: vt ſimul eadē terra diuina p̄uenia-
tur benedictione/& maledictionē ſuſtineat? quare neq; cōtagia
peccati cōtraxit: ex maledicto oboriētia. Et quis eā quęſo dubi-
tet benedictā/cū ab angelo inter mulieres bn̄dicta prædicetur:
& a beata Eliȝabeth ſpiritu ſancto repleta/eodē ſalutetur pręco- Lucę. 1.
nio? Benedicta certe/per quā maledictio Euæ ſublata eſt: & be-
nedictio generi humano reddita. cuius bn̄dictionis cōtēplatio-
ne & gratia: captiuitas Iacob a deo eſt auerſa: remiſſa iniquitas
plebis Iſrael/adoptaq; eius peccata. mitigata inſup ira dei/indi-
gnatioq; ei9 a nobis amota. Quę quidē beneficia a propheta ī
fronte adducti pſalmi cōmemorata: a deo ſunt ī humani gene-
ris redēptione indulta/cū terra noſtra dedit fructū ſuū. Et eadē Pſal. 84.
oppoſitā prorſus habēt cōditionē ad illa incōmoda: quæ ex ma-
ledictione terræ īcurrimus. captiuitatē ſcilicet & tyrānidē ſatha-
nę/īputationē peccatorū & detectionē iporū/cōmotionē irę dei
& indignationē eius. Vt eo indicio manifeſte poſſis depręhēde-
re/prophetā ibi de humani generis recōciliatione verba face-
re: per terræ noſtræ benedictionem & dei miſericordiā pręſtita.
15 ¶ Decimaquita ratio. Cū mulier extollēs vocē de turba / ſpiritu

ſancto ipſam incitante ad retundendã phariſęorũ blaſphemiã: laudauit dñm noſtrũ & ſacroſanctã eius matrẽ/libere & intrepide palã〈q〉 proclamans. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ ſuxiſti. approbauit dominꝰ noſter id inſigne laudis pręconiũ: reſpondens/quinimo. Ergo diuina approbatione: reuera beatus eſt ille thalamus cœleſtis ſponſi. Qui autẽ id fiat: ſi eiu.
Lucę. 11.
uies peccati in eo fuerit vnq̃? Eniuero nolunt homines in ſordidis habitare domibus: munda ſibi magno ſtudio querunt habitacula / in quibus etiam anteactis temporibus nulla fuerint peſtiferę luis contagia. quæ ſi quopiã in loco graſſata fuiſſe cognouerint/ etſi nulla nunc ſuperſint illorum veſtigia: refugient ædes illas incolere. An putabimus igitur diuinam maieſtatem (quæ omnem humanam perfectionem ſupereminenter excedit) impuram ſibi domum/ & in qua aliquando fuiſſet peccati ſordes/delegiſſe? Id certe de deo cogitare: impium & nepharium/ & deitatis celſitudini minime congruum. Vnde quidam ſanctorum exponens hoc euangelij verbum: beatus venter qui te portauit/ ait. Vere beatus venter: qui neſciuit maculam/ venter intactus/ venter ſanctus/ immaculatus/ mundus/ virgineus/ puritate plenus/ verecundus/ incognitus. vterus puritatis/ vterus innocẽtię/ hortus omni ſuauitate repletus/ domus dei ſancta/ templum manu dei factum/ arca ſalutis/ arca fœderis inter deum & hominẽ: vbi reconditum manna ſuauiſſimũ. tabernaculum ornatiſſimũ: in quo omnes mundi theſauri/ ciuitas dei cœleſtis: ædificata ex margaritis/ veſtis cãdida/ tunica incõſutilis deſuper cõtexta per totum/ pellis Salomonis admirabilis/ caro Chriſti imaculata/ mons dei/ locus in quo abſconditus eſt deus/ habitaculũ ſpiritus ſancti/ hoſpitium diuinitatis/ viſcera deifera/ ſcala paradiſi. ſol qui neſcit occaſum/ luna perfecta/ ſtella matutina/ thronus excelſus: ſuper quem ſedet vir qui eſt deus & homo. mulier amicta ſole: ſtellis duodenis decorata. turris fortitudinis: ex qua mille clypei dependent. murus inexpugnabilis cũ propugnaculis. ¶Rurſum ipſa beata virgo/ dei filio oppignerata/ & ſpiritu ſancto plena: erũpens in gratiarũ actionẽ ob ſuſcepta a cœlo beneficia/ & dominũ ex toto corde magnificans cõcinit. Ecce enĩ ex hoc/ beatã me dicent õnes generationes. Et in prouerbijs ſub typo mulieris fortis: de eadẽ prædicatur iſta laus. Surrexerunt filij eius & beatiſſimã prędicauerũt. Atqui non poteſt cum tanta beatitatis dignitate tot cõprobata teſtimonijs: ſimul in ipſa locum habuiſſe miſeria peccati. Quæ enĩ ſocietas lucis ad tenebras: aut quæ cõuentio Chriſti ad belial? vt ait beatus Paulus. Nos itaq̃ beatiſſimæ virginis Mariæ filij/ & per eam/ adoptionem filiorũ dei ſortiti: ſurgamus ocyus pio mentis affectu/ & beatiſſimam prædicemus ipſam/ quæ ve-

Cantі. 4.
Lucę. 1.
Prouer. 31
2. Corin. 6.

te eſt beatarum omnium beatiſſima: ſyncero corde illi dicētes. Tu gloria Hieruſalem/ tu lætitia Iſrael/ tu honorificentia popu li noſtri. manus domini confortauit te: & eris benedicta inęternum. Vere tu gloria Hieruſalem: quia ſanctam illam et ſupernam ciuitatem (in qua / perpetua eſt pacis viſio) claritudine tuæ gloriæ illuſtras. Tu lætitia Iſrael/ quia ciues cœleſtes deum facie ad faciem videntes: ſuauiſſimo perfundis tuæ ineffabilis gloriæ gaudio. & nos adhuc in vitæ præſentis incolatu / fide videntes deum/ & Iſraelitas ſecundum ſpiritum: lætitiæ & exultationis in domino reddis participes. ſicut enim lætantium omnium noſtrum: habitatio eſt in te/ ſancta dei genitrix. Tu honorificentia populi noſtri fidelis & Chriſtiani. qui per te decus mulierum/ & hominum omnium citra filium tuum deum & hominem/ pręſtantiſſimam/ hunc aſſecutus eſt honorem: vt habuerit mundi redemptorem/ hoc etiam inſigniatur munere: vt inter filios dei computetur. Manus domini te confortauit/ o virgo honoratiſſima. quia ab infirmitate carnis quam contrahimus omnes in conceptu: te pręſeruauit intactam / illeſam & immunem. Ipſe ſua virtute/ ſingulari gratia te corroborauit: ne in hanc incideres colluuiem quæ nobis agnaſcitur. Certe eris benedicta inęternum. ob eximiam hanc tui conceptus puritatem/ ob egregia tuarum virtutum opera/ ob pręcipuam tuæ dignitatis gloriam in regno cœleſti. Fac & nos filios tuos o dulciſſima mater/ tuæ benedictionis participes: & tuæ benignitatis oculos ad nos deflecte. Cōuerte ad nos decoram faciē tuam: & gratiæ tuæ dona nobis infunde. Ecce rex Hierico/ ſathanas ſcilicet/ inſtabilitatis & mutabilitatis author: nos ad mortem depoſcit. Iubet nos domo educi in qua deliteſcimus: vt interficiamur. Verum vt fida & fidelis Raab exploratores a Ioſue miſſos abſcondit/ in ſuæ domus ſolarium aſcendere iuſſit/ et ſtipula lini cooperuit: ne adducerentur in diſcrimen capitis. ita & nos o fideliſſima mater/ tuæ miſericordiæ pallio obumbra/ protege & contege: ne tradamur in mortem ab eo qui mortis habet imperium. Tuæ cuſtodiæ præſidio nos muni o tutatrix fortiſſima: ne a leone rugiente deuoremur. quo tuis laudibus ſemper inſiſtere valeamus/ & ob ſyncęram tui conceptus puritatē: alacri corde tibi perpetuo decantare. Tu gloria Hieruſalē/ tu lætitia Iſrael/ tu honorificentia populi noſtri. ¶ Cęterum quoniam hoc præconium in laudem glorioſæ virginis repetitum/ a toto populo Iſraelitico cōmendatiſſimæ viduæ Iudith primum eſt decantatū: non incongruū eſt hic animaduertere/ magnam inter vtrāq; earū virtutis atq; dignitatis fuiſſe ſimilitudinē. vt hęc/ typus figuraq; pceſſerit: illa vero/ veritas et pcipuū exēplar deide emicuerit. De Iudith nāq; dicit ſcriptura/ q; caſtitatē amauerit

Iudith. 15.
Pſal. 86.
Ioſue. 2.
Iudith. 15.

Iudith. 8. & poſt virū ſuum alterū neſcierit/ cui ieiuniū & cilicij aſperitas:
quotidianū fuerit exercitiū. Beata aūt dei mater/virgo eſt virgi
nū: quæ inſigne virginitatis decus etiā viro cōiūcta ſed viri ne-
ſcia ſeruauit/quę ſtupēte natura fœcūditatē virgineo cādori ha
buit cōciliatā atq; cōnexā. Quātū igit̃ virginalis pudor vidua-
lē antecedit caſtitatē: tāto beata virgo/ipſa laudatiſſima Iudith
eſt prȩſtātior/& lōge adhuc āplius: ob materni honoris titulū/
Iudith. 13. & filij dei geniturā. Inſup inclyta Iudith ſupbi Holofernis caput
obtrūcauit: lachrymiſq; & p̄cibus ad deū fuſis/īſtructiſſimis Aſ-
ſyriorū caſtris fuit potētior. nā eius opa/ībecilles fuerūt & retu-
ſi hoſtiles gladij/tela ībellia/exercitus oīs in trepidā fugā ſubi-
Gene. 3. to cōuerſus. Glorioſa autē virgo Maria lōge valētior: ſua ſūma
humilitate antiqui ſerpētis caput cōtriuit/ ſpirituales effugauit
nȩquitias/& dare terga coegit. vt nō audeat ad eius conſpectū
deuictus hoſtis ſubſiſtere/aut vbi inuocatur dulce Marię nomē:
Iudith. 15. ſuas aſtutias in homies exercere. Deniq; Iudith egregia ꝓpu-
gnatrix/populū dn̄i miſerabili obſidione preſſū liberauit ab in-
ſtanti exterminio: & fuſis hoſtibus/victorē copioſiſq; onuſtum
ſpolijs reddidit. haud ſecus p̄clara dei mater totū genus huma
nū miſerāda dȩmonis ſeruitute preſſum liberauit ab æterno exi
tio/in priſtinā libertatē vindicauit: atq; periculo mortis ꝑpetuæ
exemptū/in ſpem ſalutis erexit. Nō ab re igit̃ quod in ſpectabi-
lis viduę Iudith cōmēdationē dictū eſt: poſſumus & in ſacratiſ-
ſimæ virginis Marię honorē depromere/ vna voce dicētes. Tu
gloria hieruſalē/tu lȩtitia Iſrael/tu honorificētia populi noſtri.

¶ Ex honoratione quam filij debent parentibus: oſtendi ſyn
cȩritatem conceptionis intemeratæ virginis. Cap. VIII.

Decimaſexta ratio. Dominus inter prȩcepta de- 16
Exo. 20. calogi diſtricte iuſſit honorari matrē. honora (in
quit) patrē tuū & matrē tuā: & eris lōgeuus ſup
Eccli. 3. terrā. Et per eccleſiaſticū dicit. qui honorat pa-
trē ſuū: vita viuet longiore. Et quod ante p̄ce-
perat; ipſe cū in terris viſus eſt & cū hoībus cō-
Lucę. 2. uerſatus/ opere ſtuduit exhibere/ ſubdit9 matri
ac in oībus officioſus: vt euāgelica teſtat̃ lectio.
Ioan. 2. Vnde ad ſuę glorioſæ matris petitionē/ nuptias nouo cōuerſio-
nis aquę in vinū illuſtrauit miraculo: & cruci pro nobis affixus
Ioan. 19. eā doloris tranſfixā gladio/ beato Ioāni ſtudioſe cōmendauit.
Atqui nō viſus eſſet dei & ſacrę virginis filius exhibuiſſe hono-
rē matri debitū/ſuę ab æterno p̄electæ parēti: ſi eā cū potuerit
nō eripuiſſet a ſentina originalis cōtagij. quādoquidē illud ſū-
mopere decuerit: dei ſcilicet hoſpitiū atq; habitaculū/nulla vnq̄
hoſtis antiqui virulentia eſſe contaminatum aut ſordidatum.
Certe quēadmodū honor matris in filiū redundat (nā teſte Hie-

ronymo/nulli dubiũ eſt quin totũ ad laudẽ dei pertineat: quic-quid digne ac laudabiliter genitrici ſuę fuerit impenſum/ac ſo-lemniter exhibitũ)ita e diuerſo infamia & ignominia matris re-torqueretur in filium/& dedecoris notam eidem inferret. ꝙ ſci-licet ſordidam aliquando & pollutam habuerit eluuie peccati matrẽ: quã potuiſſet ab omni pollutione illabefactã vindicare & cõſeruare/ſi modo id voluiſſet. Quin potius ſentiendũ eſt ꝙ quẽadmodũ hoc ſingulari honore dei filius matrẽ ſuam deco-rauit: vt virginitatẽ fœcunditati cõiunctam ſola inter mortales habuerit. ita & hoc eidem naſcenti contulit priuilegiũ: vt in cõ ceptus ſui exordio/labis ab origine traductæ fuerit expers. Nõ eni minus hoc ꝗ illud ad maternã ptinet ſuę auguſtiſſimę parẽ-tis dignitatẽ. et ex illo: debemus ad huius fidem habendam fa cile perſuaderi atqꝫ induci. ¶ Cęterum inſtant infeſtis vocibus aduerſarij/ deũ potuiſſe quidẽ ſacroſanctã virginẽ præſeruaſſe ab originis labe/potẽtia ſua abſoluta & ſimplici/ cui nichil im poſſibile/ꝗuis etiã ſit ijs quæ ab eo ſancita ſunt cõtrariũ. haud tamen id præſtare quiuiſſe ſua potentia ordinata: & cõſentanea legibus ab eo decretis atqꝫ pſcriptis. Quocirca(inquiũt)non eſt aſtruendũ: idipm a deo factũ eſſe. ¶ Sed inualida eſt hęc ipſorũ cauillatio. Nam ꝗuis ſecundũ legem corruptæ naturæ noſtræ conſtitutã/non ſit pręſeruatio a peccato originali aut imunitas illius: tamen illa naturæ noſtræ in ſua integritate & innocentia conſyderatę aut ſumptę/nequaꝗ eſt diſſonãs. Sacratiſſima au-tem virgo Maria/non corruptionis naturæ legibus eſt metiẽda aut arctanda: ꝙ illius metis non cõſtringitur/ſed ei longe ſup-eminet. Dicãt age/an virginalis fœcunditas & partus: naturæ noſtræ ſequitur legem/aut illam longe ſupergreditur. Quod ſi poſterius (vt par eſt)admittant/ab eis percontandũ eſt/an po-tentia dei abſoluta ſolum/virgo peperit dei filiũ/ an ne potius ordinata & ab eo decreta. Cenſebunt ne illam ordinatã a deo potentiã: quæ & propheticis eſt prenunciata oraculis & figuris multifariã præſignata? An dicent illã ſolum ordinatã dei poten tiam: quę id quod naturæ vires nõ ſuperat operai? ſecundũ quã rationem/miracula omnia potentifica dei virtute facta: eſſent potentia dei abſoluta ſolum/peracta. Qꝫ ſi mirifica ſigna virtu-tis diuinæ approbatoria/ſi virginis fœcunditas & partus/facta ſunt per ordinatam dei potentiã: cur ſimili iure præſeruatio ab originali labe/et cuſtoditio puritatis in productione ſacroſan-ctæ virginis/non aſcribetur potentiæ dei ordinatæ? quãdoqui-dem ea integritati & innocentiæ naturæ noſtræ/ vt a principio inſtituta eſt/ non repugnet: & prophetarũ teſtimonijs figura-

17 rumqꝫ ſignis ſit plurifariã pręſignificata. ¶ Decimaſeptima ra-tio. Maior debetur officiorũ & gratiæ exhibitio propriæ matri:

Hieronymus

Obiectiõis ſolutio.

q̄ ſeruo & militi.quinimo tanto amplior:quanto potiori digni-
Hiere. 1. tate pollet mater q̄ ſeruus. Atqui dominus ſeruis ſuis Hiere-
Luce. 1. miæ prophetæ & Ioāni baptiſtæ id contulit muneris:q̨ eos pri
mū quidē labefactos originali reatu/deinde in vtero materno
ſanctificauerit/& ſpiritu ſancto repleuerit. Ergo digniſſimę ſuæ
matri (quā inter omnes pręelegit mulieres:vt eſſet deipara)am
plius contulit donū: ſcilicet q̨ intactā præſeruauerit & illibatā/
ab omni macula. Siquidē maius eſt/præmunire quempiā ne ca
dat in lutū:q̄ eundē poſt lapſum a luto extrahere. Qz ſi ſuper-
beatæ matri ſuæ non contulerit illud præſeruationis beneficiū:
non pręſtabilius illi q̄ Hieremiæ aut Ioanni baptiſtæ impendit
priuilegiū/non dignius aut altius quicq̄ pręſtitit vnicę matri:q̄
ſuis præconibus & prophetis. quod vtiq̨ pietati filij in matrē/
& honorificentiæ parentibus debitæ/plurimū derogaret. ¶Ve
Obiectiōis rum inſurgunt aduerſarij noſtri/& contendūt plus muneris col
ſolutio. latū fuiſſe dei parenti q̄ Hieremiæ & Ioāni baptiſtę: q̄uis a pec
cati originalis reatu non fuiſſet præſeruata. Nam longe citius
(aiunt)q̄ prædicti duo/fuit a peccato contracto expurgata/ vt-
pote paulo poſt cōiunctionē animæ ad corpus.vt inter coadu-
nationem illam ſpiritus ad carnem & peccati contracti expia-
tionem:modica admodū interſtes fluxerit tēporis mora. quod
in cæteris duobus haudquaq̄ factū eſt. nā ſexto primū poſt cō-
ceptum menſe aut tardius (vt aiunt) ſanctificationis munus il-
lis eſt indultū. Inſuper beata virgo vberiore gratiæ copia eſt cu
mulata/& amplioribus locupletata dei muneribus: q̄ fuerūt cę-
teri duo in ſua ſanctificatione/qui longe cōtractiore mēſura il-
lud expiationis donū diuina infuſione pceperūt. ¶Sed eſto in
his duobus/tēporis ſcilicet acceleratione & magnitudine do-
norum/oſtendant hoc pacto dicentes/ beatā virginē reliquis
duobus præſtare:ipſam tamen illis adæquant in contractione
originalis culpæ/et maculæ illius fœditate:quæ ſummopere de-
decet maternā eius dignitatē. At vero nōne id cēſeas indignū/
Chriſtū qui venerat maculas peccatorū abluere: a matre prius
maculata peccato carnē ſumere?& dei ciuitatem ſanctam:ante
fuiſſe dęmonis habitationē? Et vbi quęſo illud pſalmi de ſacro-
Pſal. 86. ſancta virgine præconiū:glorioſa dicta ſunt de te/ ciuitas dei?
ciuitas inquā/diuino circūſepta præſidio:ne aditū in ipſam ha
beat malignus/ ciuitas muris & propugnaculis cœleſtis arma-
turæ munita:ne præualeat in ipſam hoſtis antiquus. De hac ci
uitate/ non glorioſa dixeris: ſed pudenda/ ſed ignominioſa:ſi
eam aſſerueris a ſerpente antiquo prius occupatā / q̄ dei fuerit
ciuitas:ſi arcem illam ante feceris dæmonis/q̄ a deo cōſecratā.
Verū huic tantę ipietati verborū/ſtatim obuiat/quod in pſalmi
Ibidem. illius legitur exordio:q̨ fundamēta eius ſunt in montibus ſan-

ctis/i ſublimitate ſcilicet & altitudine ſanctitatis & puritatis. Qz ſi ciuitatis illius dei iacta ſunt in ſanctimonia fundaméta/ſi collocata ſunt in mõtibus ſanctis ĩpius ĩitia: quomodo recte poſuerint in ipſo conſtructionis illius ciuitatis principio / corruptelã peccati affuiſſe: quæ ſanctitati & gratiæ ex oppoſito pugnat? Nũquid in eodẽ aeris tractu lucẽ refulgere vides:& tenebrarũ horrorẽ inualeſcere?nũquid eidem ineſt ſimul dulcedo & amaritudo/calor & algor?cõtraria ſane ſunt hæc/& eorũ vnũ:alterum eodẽ detrudit loco. haud minus ſanctitas & tabida culpæ lues:aduerſa ſunt. Itaq; ciuitas illa dei glorioſa/cuius fundamẽta ſunt in montibus ſanctis:nequaq̃ admittit in prima ſui ædificatione vel minimam peccati labem.

¶Qz exemplo Heſter reginæ & libertate ciuili vxoris regiæ: cõuincatur puritas conceptionis beatæ virginis. Cap.IX.

18 Decimaoctaua ratio. Cõſtituerat rex Aſſuerus edictum/ꝙ ſiue mulier ſiue vir nõ vocatus / interius atriũ regis ĩtroiſſet: abſq; vlla cũctatione ſtatim interficeretur / niſi forte rex auream virgam ad illum tenderet in ſignũ clementiæ. Heſter autem impulſu Mardochei patrui ſui vt exoraret regẽ pro populo Iudæorũ (qui ab inſolẽte & ſuperbo Aman deſtinabatur ad internetionẽ) nõ vocata intrauit camerã regis. Cũq; nimio perculſa timore ex aſpectu ſeuerioris vultus Aſſueri tãq̃ exanimata corruiſſet in terram: accurrit rex ſollicite/& dulciter collapſam ſubleuauit/his eã verbis cõpellãs. Quid habes Heſter?ego ſum frater tuus. noli metuere:nõ morieris. nõ eni pro te:ſed pro oĩbus hęc lex cõſtituta eſt. Accede igiť et tange ſceptrũ. Ita adaptãdo figurã veritati/ſanxerat deus legẽ poſt primorũ parẽtũ ꝑuaricationẽ:poſteros oĩs ex nuptiali cõſortio cõcipiendos / cõtrahere debere labẽ originalis culpę obligatoriã ad mortẽ/tanq̃ characterẽ & ſignũ obligatiõis vniuerſalis Adę /per trãſgreſſionẽ inductæ. Verũtamẽ rex ille regũ et dñs dñiũ/ vnicã ſpõſam ſuã & cœlorũ reginã exemit ab hac lege obligatoria: haud aliter ac Aſſuerus excepit Heſter a ſua lege/cõteſtatus pro oĩbus eſſe cõſtitutã illã legẽ/ vetantẽ introitũ ĩ regis cubiculũ ſine ipſius accitu:nõ tamẽ pro ipſa. Quid mirũ igiť ſi obligatio cõtrahẽdi culpã originis in prima productiõe/obſtrigat oẽs filios Adę: eã tamẽ nõ detineat/ quę a deo pręordinata eſt vt illud graue iugũ Adæ ſcilicet mortis æternæ debitũ a nobis tolleretur?nõ igitur pro ea/ſed oĩbus cæteris: hæc lex cõtrahẽdæ ab origine culpæ/ poſita eſt. Quocirca cum in ſacris litteris aut ſanctis doctoribus vniuerſales occurrũt propoſitiões/deſignantes oẽm hominẽ ex viri & mulieris cõgreſſu genitũ/peccato originali eſſe obnoxiũ:

Heſter. 4.

Heſter. 3.

Heſter. 15.

omnes illæ intelligēdæ ſunt cū exceptione huius vnicę matris domini: quæ nō ab hoībus ſed a deo ab hac vniuerſali condē-natione/ſpeciali gratia eſt exempta. Cū autem a deo ſit ab hoc graui iugo facta libera: libenter debent homines eam quoq; ab hac obligatione peccati excipere/et diuinæ ſe cōformare ſentē-tię. Qđ ſi ſcripturæ iā adductæ attendis verba: facile qđ propo-nitur tibi perſuadebis. non(inquit) pro te: ſed pro omnibus eſt
Heſter. 15. hæc lex conſtituta. Dicit enī pro omnibus conſtitutam illam le gem: non tamen pro ipſa. tanq̄ ipſa ab omnium nuncupatione ſecludatur: et generali illa enunciatione non contineatur. Verū hac de re/latior in ſecundo libro habebitur ſermo. ¶ Porro vt dilucidum euadat/hanc quam adduximus hiſtoriam Heſter/ haud inepte huic loco cōgruere: operepretium eſt patefacere/ ipſā ſacroſanctā virginē cū Heſter regina magnā habere con-uenientiam/tanq̄ veritatem cum ſua imagine. Eniuero Vaſthi
Heſter. 1. regina ob ſuam inſolentiam et ſuperbiam (qua/ accerſita a re-ge: noluit ipſū accedere) repudiata eſt: & in eius locū humilis & obediēs Heſter ſurrogata/regioq; cōiuncta cōnubio. Haud diſſimiliter Eua prima parēs propter inobedientiā(qua dei eſt tranſgreſſa mandatū)eiecta eſt paradiſo voluptatis/ & cœleſti conſortio. In eius autē locū ſuffecta eſt beata virgo Maria/ ſpō-ſa dei chariſſima/mater eius fœliciſſima/ ſecūda Eua noſtra: tri ſtis ruinæ per primā inductæ reparatrix ac inſtauratrix. De He
Heſter. 2. ſter quoq; dicit ſcriptura/ ꝙ adamauit eam rex pluſq̄ ōnes mu-lieres: habuitq; gratiā et miſericordiā corā eo ſuper ōnes mulie res/& poſuit diadema regni in capite eius/fecitq; eā regnare in loco Vaſthi. Sed nōne ſacroſanctæ virgini annūciauit āgelus:
Lucę. 1. ꝙ inuenit gratiā apud dominū/nonne de ipſa ſingulariter de-cātat eccleſia: hæc eſt virgo ſancta atq; glorioſa/quia dn̄s ōniū
Apo. 12. dilexit eā/nōne eadē ſublimi ſolio i cœlis reſidet: coronata dia
Heſter. 7. demate duodenis ſtellis chorūſco/Rurſum Heſter inflatū ani-mo Aman & molientem perniciē in populum domini/ deiecit priſtina dignitate: & morte mulctandū curauit. Haud aliter ſā
Iob. 40. ctiſſima virgo: hoſtis antiqui(qui eſt rex ſuper omnes filios ſu-
Heſter. 8. perbiæ)vires attriuit/& occupata diutius mundi tyrannide de-iecit. Ad hæc/Heſter Iſraeliticū populū ex quo erat oriunda/ iminenti & iam in foribus impendenti periculo mortis eripuit: hoſtibuſq; ſuis propemodū gladios in illius necē ſtringētibus/ ſuperiorē fecit. Regia autē virgo genus humanū miſere hoſti ſubſtratum erexit in ſpem ſalutis: & duro captiuitatis eius im-
Heſter. 15. perio liberauit. Denīq; Heſter Aſſuerū terribilē viſu & minaci vultu tremendū inflexit in māſuetudinē: vtq; regale in ipſā ſce ptrū in benignitatis argumētū inclinaret/induxit. Beata vero virgo aſſidua pro nobis deprecatione filiū ſuū benedictū meri-

to noſtris peccatis īfenſū mitigare nō deſinit:& ne debitas no=
19 bis infligat pœnas/placare. ¶ Decimanona ratio/Cū aliqua a
rege cōſtituiť ordinatio quę oēs ſibi ſubditos obſtringit ad ob=
ſequium/ ſeruitutē aut famulatū præſtandū: ſicut rex ipſe ſuæ
nō ſubijcitur cōſtitutioni/ita neq; regina thori eius ſocia et cō=
ſors.quinmmo eadē vtitur libertate qua rex/eodē potitur priui=
legio/ ſimiliq; pollet prærogatiua:propter quā nullus eā cenſet
illi regio edicto aſtrictā.Eodē quoq; modo quis ex triſti præua
ricatione primorū parentū/ inciderint ōes homines ex cōcu=
piſcentia carnis geniti/ in obligationē cōtrahēdi labē peccati
ab origine inducti:attamē ſicut deus ipſe factus homo/ ab hac
lege peccati abſolutus eſt: ita & dilectiſſima eius ſponſa (quā
toties in cāticis amatorijs ſuā cōpellat amicā)exempta itidē eſt
ab hac dura ſubiectione/et regia gaudet libertate.Q̃ ſi eximiť
ab imperiali edicto cōiunx imperatoria/ob viriſui maieſtatē li
bera/& imunis ſeruitutis aut exoluēdi tributi:nōne potiori iu=
re/& mater regis aut imperatoris? Siquidē maior matri q̃ cōiu
gi debeť reuerētia.Hæc autē (quā laudamus) virgo:ſūmi regis
& ſponſa eſt & mater.Rurſū ſi reges terræ tributū ab alienis ſi=
bi pēdi volūt/nō autē a filijs/quia liberi ſunt filij: nōne valen=
tiori iure & liberæ ſunt matres/a quibus naſcuntur liberi filij?
Ecce pēdit tota humana propago tributū graue/cum primum
duciť ad ortū:vt originalē ſuſtineat noxā.Intulitq; illius obli=
gationē tributi primus ſecūdū carnē parēs:cū deo inobediēs fa
ctus eſt.At vero ab hac obligatione perſoluendi tributi/ libera
eſt mater æterni regis/mater noſtra et domina/ nūq̃ a deo per
peccatū aliena:quo purius & ſyncerius ex ea naſceretur/qui pec
cati penitus exors venit auferre a nobis iugū peccati. ¶ Sed i=
quies(vt faciūt aduerſarij)& ſacroſanctæ virginis Marię paren
tes aſſeri debere cōceptos etiā fuiſſe ſine noxa originali: vt ex=
purgatiorē ab illis Chriſtus itidē duceret originē.Et rurſum il=
lorū parētes/cōſimili iure debere fuiſſe immunes illius culpę.&
ita in ipſū Adā deducendo ſeriē:cōtēdes neminē illorū ex quibus
progenita eſt beata virgo vſq; ad ipſū primū omniū parentē/
contraxiſſe luē illā originalē.quod vtiq; falſū eſſe/inficiabiť ne=
mo.Siquidem ex Dauidica ſtirpe exorta eſt beatiſſima virgo.
Ipſe vero Dauid de ſeipſo dicit in pſalmo.Ecce enī in iniquita=
tibus conceptus ſum : & in peccatis concepit me mater mea.
¶ Sed vana eſt hæc & inefficax ratiuncula:neq; ſimili innitens
corroboramēto. In ſacra enim virgine ſtatus eſt exemptionis
ab illa tabe morbida:neq; ad vlteriores progreditur eius progeni=
nitores/vt parentes/auos aut proauos.Siquidē dei filius ex ſo
la virgine glorioſa/proxime ac nullo interſtite carnē ſumpſit:
& propemodū eādē cū ipſa carnem ſortitus eſt.Ab ipſis autem

Cant. 4.
Matth. 17.
Obiectiōis dilutio.
Pſal. 50.

ſacratæ virginis ſāctis parētibus/auis/& ꝓauis nō ita ſine me‑
dio aut interuallo aſſūpſit carnē: ſed remota duntaxat & diſtā‑
te propagine. Proinde nō opus eſt in parētib⁹ beatæ virginis/
illorūq; ꝓgenitoribus aſſerere imunitatē peccati originalis: ſi‑
cut ī digniſſima matre dei. vt etiam ex maſſa corrupta & carne
peccati Adæ: comprobetur dominus noſter ſumpſiſſe ſimilitu‑
dinem carnis peccati. quod eius nequaq̄ præiudicat puritati:
dūmodo in ſancta eius matre negemus carnem peccati.

¶ Ex actualis culpæ imunitate: cōfici in glorioſa virgine etiā originalis maculæ carentiā in conceptione. Cap. X.

Auguſtin⁹ — Vicesima ratio. Beatus Auguſtinus Iulianū cōfutās 20
hæreticū ait. Profecto ſi Chriſtus minor exiſtens/
originale peccatū habuiſſet: grādioris ętatis acceſ‑
ſu/ actuali nō caruiſſet. Sane qa maior exiſtēs actua
le nō habuit: minor exiſtēs nec originale cōtraxit.
Plenus igit̄ gratia Chriſtus: nullius vnq̄ peccati ſuſtinuit iqui
namētū. Conſimili itaq; ratione/ de ſacroſancta virgine Chri‑
ſti matre idē ducetur argumētū. ꝙ ſi ipſa originalis culpæ ſen‑
ſiſſet corruptionē: ab actuali labe nō fuiſſet vſq;quaq; imunis.
quocirca ſi probetur ipſa actualē culpā nunq̄ cōtraxiſſe: mani‑
feſtū euadit eā originalis etiā labis fuiſſe expertē. Atqui omniū
etiā aduerſā nobis partē tutantiū confeſſione/ vnanimiq; ſentē
tia: beata virgo neq; venialē vnq̄ neq; mortalē incurrit reatū/
quare actuali malo nunq̄ ſubiacuit. neq; igitur noxiā illius in
hoībus poſt prolapſionē naturæ/ radicē: ſcilicet originalē ſor‑
Obiectiōis dilutio. — dē ſuſtinuit. ¶ Neq; robur hic habet cauillatio: pueros ī Chri‑
ſto per aquā et ſpiritū ſanctū regenitos & deinde hac vita ī te‑
nella ętate ꝑ mortē exēptos/ originalē habuiſſe maculā: nō ta‑
mē actualē. Quoniā ſi ad maiuſculā peruiſſent ętatē/ qua ratio‑
nis vſū obtinuiſſent: vtiq; in actualē culpā incidiſſent/ a qua
morte præoccupati nunc ſunt alieni. ¶ Neq; quiſpiā/ iter natos
mulierū maximū/ ſanctūq; Chriſti pręconē Ioānē Baptiſtā/ aut
alios vitæ ſanctitate pręſtātes viros in obiectionē adducat: a
quibus originali culpa cōtaminatis/ cōtendat alienā eſſe actua
lē ōnē maculā. Nā q̄uis Ioānes baptiſta et alij nōnulli tradanē
dei gratia nunq̄ mortiferā perpetraſſe culpā: a veniali tamē nō
creduntur oīno fuiſſe alieni/ ſicut nec beati apoſtoli: poſt acce‑
ptas ſpiritus ſancti primitias. Dicit eñi dilectus deo diſcipulus/
1. Ioan. 1. — de ſeipſo et nobis. ſi dixerim⁹ quia peccatū nō habemus: noſ‑
ipſos ſeducimus/& veritas in nobis nō eſt. Beatus itē Iacobus
Iaco. 3. — in ſua epiſtola ſeipſū cæteris cōnumerās/ ait. In multis offēdi‑
mus ōnes. ¶ Rurſū neq; cōuincit eorū quæ diſſerim⁹ oppoſi‑
tū/ obiectio a pleriſq; adduci ſolita: ſpiritus angelicos in actua‑
le collapſos malū/ qui tamē originalis culpæ ſunt exortes. qui‑

Immo & primos parentes noſtros actuali peccato ſcilicet mor‑
tali offendiſſe diuinā maieſtatē: in quibus tamē locū nō habuit
ab origine cōtracta labes/ſicut in nobis. Quoniā nō diximus/
actuale malū nulli adeſſe poſſe: niſi eidē prius affuerit origina‑
le. Id eni falſū eſt: & facile in angelis/primiſq; parētibus (vt di‑
ctū eſt) refellitur. Sed ediuerſo propoſuimus/nullū vnq̄ origina
lem habuiſſe noxam: quin idem poſtea in actualem collapſus
fuerit culpā. quare ediuerſo aſtruximus/cum in ſacroſācta vir‑
gine nullus vnq̄ poſuerit actualē offēſā etiā venialē: ex eo ſumi
validū argumentum/ipſam nunq̄ ſubiacuiſſe originali malo.
21 ¶ Viceſimaprima ratio. Si deus qui diſponit omnia ſuauiter/
queq̄ a minori præſeruat malo: eūdem etiam a maiori liberat.
neq; ſinit minori ereptū periculo/grauiori & perniciofiori ex‑
poni. Vt neq; medicus a leuiori morbo vt febricula ęgrotū eri
piens: ſinet eundē in grauius malum vt peſtiferā tabē aut leprā
incidere. Alioqui neq; hic recte ſecundū artē operaretur: nec il‑
le plenū benignitatis & gratiæ mun⁹ impēderet/neq; vſq;quaq;
perfectū. Atqui ſacratiſſimā virginē pręſeruauit deus (vt fatenē
omnes) a peccato veniali: vt ne vllū quidē vel minimū veniale
malū in toto vitæ ſuę decurſu admiſerit. Eſt autem veniale pec
catū: longe minus originali. quoniam illud non excludit ani‑
mā a dei gratia neq; a regno/nec iræ filium aut mortis conſti‑
tuit. Hoc vero ſimul diuinæ gratię nō recipit participationem/
a cœleſti regno hæreditateq; ſuperna excludit: animā cui ineſt
obligat ad mortē/& filios facit indignationis ac iræ. Perſpicuū
eſt autem/peccatū cui grauior infligitur pœna/ & quod a deo
magis diſſeparat: eſſe mal⁹ et exitiali⁹/quādoquidem apud de‑
um: ſecundum quantitatem delicti eſt & plagarum mod⁹. Igi‑ Deute. 25.
tur rationi cōſentaneum eſt: q; eandem ſacram virginē ſerua‑
uerit deus illeſam a peccato originali. ¶ Ad hæc. labes animæ
grauius eſt malum q̄ corporis in cinerem reuerſio: quæ nullā
mali (niſi pœnæ inflictę) habet rationem. Et tanto quidem gra
uius: quanto anima eſt corpore natura pręſtantior. Atqui cu‑
ſtodiuit deus ſacrum virginis corpus intactum a putrefactione
& redactione in puluerem: vt omnium ſine hæſitatione & ve‑
ra eſt ſententia/a beato Auguſtino in libello de aſſūptione bea
tæ virginis mirificæ & validis rationibus cōprobata: & in ter‑
tio huius voluminis opuſculo amplius elucidanda. igitur ean‑
dē etiam ſeruauit illibatam a labe tetra animæ: ſcilicet peccati
originalis / quæ reddit hominem q̄diu adeſt / deo inimicum/
odibilē/ & inuiſum/ atq; captiuitati ſathanæ ſubiectū. ¶ Præ‑
terea maior eſt & grauior corruptio animæ per peccatum: q̄
corporis/per virginitatis in thoro nuptiali deperditionem. cū
hæc citra peccatum fieri poſſe conſtituatur/illa vero minime.

Sed deus ſanctam matrē ſuam ſeruauit imunem a macula illa
corporis/amiſſione ſcilicet integritatis virginalis in cōceptu &
partu: ergo potiori iure et a macula animę/ quę cōtrahi ſolet in
origine. Minus eni in eam ſuam oſtendiſſet munificentiā & lar
gitatem: ſi a tot & tantis eam immunē reddens malis/ ab hac
etiam peccati ignominia nō vindicaſſet. quinimo ex ereptione
virginis ſacrę a multis humanę cōditionis incōmodis/ vt actua
lis peccati perpetratiōe/ cōuerſione corporis in cineres/ fractio-
ne virginei pudoris/ dolore in partu (qui etiā minus eſt malū q̄
originalis peccati cōtagio: quia ſuapte natura nō eſt niſi malū
pœnę inflictę/ ſine culpę annexione) debemus ſumere argumē-
tum: eā itidem fuiſſe a deo/ ſingulari dono pręcuſtoditā ab ori-
Obiectiōis dilutio. ginali labe. ❡ Neq; diffiteor quidē/ inter iſta quatuor modo ad-
ducta & originalem culpā aſſignari poſſe rationē aliquā diſſimi-
litudinis: propter quam videatur argumentū a minori ſumptū
non vſq;quaq; eſſe firmum. vt ꝙ originale peccatū/ naturæ eſt
corruptela: actuale vero/ perſonę & voluntatis. & illud ſponte
noſtra non contrahi: hoc vero voluntarie. Verū non poterunt
efficere quęcunq; in mediū allata rerum propoſitarū diſcrimi-
na: quin ſemper potior videatur ratio aut ſaltem non minus ef-
ficax/ ꝙ debuerit ab inquinamento originalis noxę beata vir-
go conſeruari: ſicut a detrimentis aut opprobriis corporis/ ani-
męue leuioribus eſt erepta. Et id ſolū ſufficit ad rationis noſtræ
ſoliditatē atq; firmitudinē. ❡ Non etiā contendimus/ in oībus
id fieri oportere: ſi quippiā a minori malo eruatur/ idem ſemp
debere a grauiori malo eripi. cum multos eruat deus ab infir-
mitate corporis: quos tamen permittit prolabi in graues animi
morbos. Pleroſq; etiā a temporaria eruit pœna: quos perpetuę
pœnę longe grauiori reſeruat. Sed in propoſita materia / rem
ita ſe habere ſatis eſt/ ad noſtræ rationis corroborationē. vt dei
mater inclyta ab hoc vno dicatur malo exempta/ cum a multis
leuioribus malis noſcatur libera.

❡ Qꝫ ex dignitate ſanctiſſimę virginis ſuper āgelos: recte cō-
ficitur eiuſdem puritas in conceptione. Cap. XI.

VIceſimaſecunda ratio. Ex maiori ſublimitate & 22
excellētia glorię: recte arguimus vberiorē gratię
& puritatis copiā/ potiſſimū apud iuſtū iudicem:
qui a qua lance/ congrua operibus diſpenſat pręmia.
Sed beata virgo Maria altiorē habet glorię
gradum & locū q̄ ſpiritus angelici: cū ab eccleſia
catholica prędicetur exaltata ſuper omnes cho-
ros angelorum/ quod de nullo aliorū ſanctorum
(teſte Hieronymo) fas eſt aſſerere. ergo & maiorem habet diui-
norū munerū & chariſmatū affluentiā/ dignitatēq; pręclariorē:

q̃ ſpiritus cœleſtes. Atqui angelicæ ſubſtantiæ ab omni conta‑
gione peccati ſemper fuerunt & ſunt liberæ. igitur & ſacratiſſi‑
ma virgo nullius vnq̃ peccati ſenſit inquinamenta. Eniuero ſi
originalis peccati in ea ponis maculã: nõ perueniſſet illa vnq̃
ad angelicã puritatẽ/quam tamen creditur longe antecellere.
¶Neq; obſtat huius rationis efficaciæ/q̃ ſacratiſſimæ virginis Obiectiõis
& angelorũ alia ſit a deo origo & producendi ratio. cũ illa per ſolutio.
propagationẽ carnis ſit progenita: hi vero a deo ex nichilo ad
ortũ deducti. nã hæc originis diuerſitas nõ eſt obſtaculo: quin
tãta aut maior i glorioſa virgie iueniri poſſit & debeat puritas/
ſyncęritas/& mũdicies/atq; ab oĩ labe imunitas: quãta fuerit ĩ
ãgelis. qd vtiq; fieri nõ poſſet: ſi originalis noxę cõtraxiſſet in‑
quinationẽ. ¶Huic accedit/ q̃ quęcunq; dignitas et excellẽtia
ſuperbeatę virgini poteſt aſcribi/quę rectę fidei & ſcripturę nõ
obuiat: illa propter materni honoris titulũ/q̃ mater ſit dei pele
cta ante ſæcula/eidẽ pie eſt aſcribẽda. Habet eni & in ipſa veri‑
tatẽ: quod de dño deo dicit Eccleſiaſtic9. Multa dicim9 & defi Eccĩ. 43.
cimus verbis: cõſumatio autẽ ſermonum ipſe eſt. In õnibus glo
riãtes: ad quid valebimus? ipſe eni omnipotẽs ſuper õnia ope‑
ra eius. Terribilis dominus & magnus vehementer: & mirabi‑
lis potẽtia ipſius. Glorificantes dominũ quantumcũq; potueri‑
tis: ſuperualebit adhuc/et admirabilis magnificẽtia ipſius. Be‑
nedicẽtes dominũ exaltate illũ quãtũ poteſtis: maior eſt enim
omni laude. Exaltantes eũ replemini virtute. ne laboretis: non
eni cõprehendetis. Quis videbit eũ & enarrabit: & quis ma‑
gnificabit eũ ſicut eſt ab initio? multa abſcondita ſunt maiora
his: pauca eni vidimus operũ eius. Omnia autẽ dominus fecit:
& pie agẽtibus dedit ſapiẽtiã. Sane hęc eadẽ verba digniſſimę
dei matri accõmodãdo: multa dicimus in eius pręconiũ & lau
dẽ/ſed deficimus verbis. quoniã nõ poſſumus oratione conſe‑
qui auguſtiſſimã ipſius dignitatẽ: nec humano ſermone p̃cel‑
lẽtiã ipſius cõplecti. quãtumcũq; eni tã ſanctã & præclarã virgi
nẽ glorificauerim9: prędicãtes eã cœlorũ reginã & dominã an
gelorũ/virginũ omniũ decus eximiũ/inclytã dei matrẽ/& no
ſtrę ſalutis anchorã: adhuc ſuperualebit ipſa/plus in ſe habẽs
fœlicitatis & præſtãtiæ: q̃ noſtra ibecillis ligua queat effari. Id‑
circo benedicẽtes eam/exaltemus ipſã quãtũ poſſumus: maior
eſt eni õni laude/nõ modo humana ſed & angelica. Atqui aſſe
rere ſacroſanctã virginẽ dei parentẽ in ſui conceptus exordio
primaq; formatione expertẽ fuiſſe peccati originalis: nec catho
licæ fidei nec ſcripturis ſanctis repugnat/ quinimo pietati Chri
ſtianæ & ſacris eloquijs q̃maxime eſt conforme. Nempe ſi quis
detur ſcripturæ ignarus et myſteriorũ orthodoxæ fidei/ in ſola
rationis naturalis conſtitutus rectitudine: cui id proponatur/

decentius ne fuerit futuram dei matrem/immaculatam conci-pi atq; formari ſine inquinatione peccati: q̄ ipſam labefactari eluuione culpæ originalis/ protinus reſpondebit natura duce et ſolo rationis lumine ad id inductus: longe fuiſſe congruen-tius/tantā ac tā præclarā mulierem/ ab omni ſorde peccati in ipſo vitæ ingreſſu ac introitu impollutam eniteſcere. Eſt igitur illud ſine cōtrouerſia ac hæſitatione pie ab omnibus aſſeuerā-dū. ¶Viceſimatertia ratio. Nulli diffitendū eſt aut inficiandū/ 23
qui de noſtræ fidei ſacramentis cū catholica pietate vult verba facere & recte ſentire: beatiſſimā virginē Mariā ad puriſſimam euaſiſſe innocentiam/& ſummā inter mortales gratiā eſſe ade-ptā. Quomodo enim gratia plena eſſe prædicaretur ab ange-lo: ſi aliquod aſſignaueris gratiæ munus aut chariſmatū/quod ei defuerit? At ſi dederis ipſam beatā virginē/contaminatā eſ-ſe vel minima temporis duratione/aut inſtantanea ſi malueris morula: ſummę illi innocentiæ adimis perfectionem et titulū. eſſet enim procul dubio innocentior: ſi illa careret originis la-be. Maximā itidē hac tua aſſertione illi ſuſtollis gratiā. haberet nāq; maiorē et copioſiorē: ſi & in ipſo ſui conceptus momento admittatur diuina gratia fuiſſe perfuſa/ quę illā culpę maculā excluſerit. Fatearis igitur neceſſe eſt/eximiā virginē corruptelę peccati ōnino fuiſſe in conceptione neſciā: vt mera innocētia &
Obiectiōis ſolutio. oīmoda gratię exuberātia/eidē legitime attribuant. ¶Neq; au-diendi ſunt aduerſę ſententiæ aſſectatores: dicentes id in com-mēdationem nō modicā beatę virginis obuenire/atq; ad ma-gnū eidē decus & incremētū laudis cedere/ꝙ ipſa ex tā humi-li conditione & ſtatu peccati (qualis eſt noſter in cōceptione) euecta ſit ī tātā dignitatē/& gratiarū exuberātiā: ꝙ dei mater delecta fuerit. & quoniā aliquādo ſubiacuit peccato: exinde eā promptiorē reddi & paratiorē ad condeſcēdēdū precibus pecca torū. ¶Quoniā peccati inquinatio nō aſtruit humilitatē natu ræ cōuenientē: ſicut cōceptio ex ſemine/ aut nuptiali cōgreſſu. quin potius inſinuat deordinationē naturę/ deformitatē/et ꝓ-lapſionē a primeua ſua rectitudine. qua magis deprimeret glo-rioſa virgo: q̄ extolleretur. & hāc ob rē labes ab origine ducta ſi illi attribueretur: prorſus derogaret eius dignitati. Dic age vtrū horum maiori efferes laude: an eum qui nunq̄ aduerſa fra ctus valitudine viribus pollet et robore corporis/an illum qui prius graui laborauerit morbo/a quo conualuerit et nūc robu ſtus eſt. Quid obſecro prior imbecillitas valet/ad extollendā p̄-ſentē corporis virtutē? nichilo magis p̄cedēs peccatū: ad cōmē dandā ſequentē vitę probitatē. Neq; cādidiſſima virgo īdiget experientia præteriti in ſe peccati: vt pronior reddatur ad miſe-randū noſtri. ſed ōnino diuinę bonitatis ęmula: ex innata ſibi

& cœlitus indulta miſerationis affectione iflectitur ad miſeri-
cordiam humano generi impartiendam. An exiſtimas (oro) ſo
lem prius offuſum tenebris fuiſſe: vt deinde vberius luminis be
neficiū mūdo infunderet? aut ignem quondā frigore torpidū:
quo poſtea vim ſuā calorificā acrius nobis cōmunicaret? Ipſe
ſane pater miſericordiarū & deus totius conſolationis/ ab om-
ni peccātia q̄maxime alienus: indulget nobis peccatorū veniā
& munera gratiarum pro ſuę bonitatis magnitudine/ qua ſola
mouetur ad condonationē noſtrorum peccatorū. Haud diſſi-
militer hęc pręſtātiſſima virgo/ ōnino deiformis & miſericors:
nō ꝙ periculū fecerit aliquando infirmitatis & impotentię pec-
cati/ illiuſue cōtagia in ſe ſenſerit/ ſed ob ſolā benignitatē ſuam
& viſcera miſerationum quę nunq̄ peccatoribus claudit: prom
pta eſt ſemper ad miſericordię munus nobis a deo impetrādū.
Benedicta ſit ſemper larga ipſius miſeratio: & ab omnibus glo
rificetur in ſempiterna ſæcula. Amen.

¶Ex q̄druplici cōbinatiōe cōtrahēdi aut nō cōtrahēdi pecca-
tū/ & nobiliore redēptiōis ratione: oſtēdi propoſitū. Cap. XII.

24 VIceſima quarta ratio. Datis duob⁹ terminis/ vno
affirmatiuo altero negatiuo/ cōbinationem in-
ter ſe per affirmationis & negationis variatio-
nē admittētibus/ ſi in huiuſmodi combinatione
dantur extrema omnino inter ſe oppoſita: datur
plerūq; & medium/ vtriuſq; aliquid participans.
Sed cōtrahere peccatum & non cōtrahere/ ſunt
huiuſmodi extrema/ quæ ſi iungātur verbo poſ-
ſibilitatē explicāti/ combinationem quadrifariā ſe euariantem
cōficiūt: affirmatiōis & negationis alternatiōe diſtictā. vtpote.

1 Poſſe cōtrahere huiuſmodi peccatum/ & cōtrahere.
2 Poſſe contrahere/ & non contrahere ſupradictum vicium.
3 Non poſſe contrahere/ & tamen contrahere ipſum.
4 Non poſſe contrahere id malum/ & non contrahere.

Ergo cū huiuſce cōbinationis aſſignentur extrema contraria:
ſcilicet primū & quartū. eſt eni dare aliquid/ quod poteſt con-
trahere tale peccati genus/ ſcilicet originale: & re ipſa cōtrahit.
vt homo ex cōcupiſcentia carnis genitus & minime præſerua-
tus. eſt itē dare aliquid/ quod neq; poteſt illud malū contrahe-
re: neq; cōtrahit. vt deus/ vt angelus. debet certe inter illa duo
extrema/ affirmatione & negatione iter ſe ōnino pugnātia/ iter
ſtes eſſe mediū: quod itidē in rebus ipſis ſortiatur locū/ & affir-
mationē habeat negationi permixtam. At vero illud non de-
deris tertium membrum iam explicatum, nempe ex ipſa enū-
ciatione: prior eius particula ſecundę repugnat. Quomodo eni

dederis aliquid quod nõ poſſit cõtrahere peccatum originale/ & tamen contrahat ipſum: cũ negata potẽtia neget actum: & actus poſitus neceſſario ponat potentiam. Reliquum eſt igitur ſecundũ membrum: quod duobus illis extremis interiaceat/ & locum ſibi vendicet in rerum vniuerſitate. ſcilicet ꝙ aliquid dari poſſit quod poteſt contrahere peccatum originale: & tamẽ nõ contrahit. qualis eſt beatiſſima virgo Maria/ inter deũ & homines media: & cũ vtriſq̧ conuenientiã partim ſeruans. cũ hominibus quidẽ ſecundũ carnis legẽ natis: ꝙ cõtrahere potuerit illud peccati inquinamentũ/ ſicut & ipſi. & haud dubie contraxiſſet: niſi præoccupaſſet eã cœleſtis benedictio. Cũ deo vero cõſpirans: ꝙ illã peccati maculã nõ cõtraxerit. nõ quidẽ natura/ vt deus: ſed ſola gratia. Eſt igit̃ ipſa: illius culpę penit⁹ exors.

Obiectiõis dilutio.

¶ Neq̧ recte refellũt id argumẽtãdi gen⁹ aduerſarij: adducentes exemplũ ſuo iudicio ſimile. ꝙ q̃uis aliquid poſſit creare & creet: vt deus/ & aliquid nõ poſſit creare neq̧ creet quicq̃: vt homo/ nõ idcirco tamẽ oportere dari quicq̃: q̃d poſſit creare & nõ creet. Nã huius exẽpli affirmatio & negatio eam habent repugnantiã: ꝙ non poſſunt adiuncto verbo poſſibilitatẽ explicãte aut etiã illo ablato/ eidẽ naturæ pro diuerſis indiuiduis cõuenire/ aut pro diuerſo tempore. Vt quoniã de deo enũcias poſſe creare itidem & creare: de nulla diuinarum perſonarum recte dixeris/ ꝙ non poſſit creare neq̧ creet. Et quoniam de homine vere enuncias/ ꝙ non poſſit creare neq̧ creet: de nullo vnq̃ homine apte dixeris/ ꝙ poſſit creare aut creet. quandoquidẽ in his: actus actui non minus repugnat q̃ potẽtia potentiæ/ etiã in diuerſis eiuſdem naturę ſingularibus. Non autẽ ita res ſe habet in propoſito noſtræ rationis exemplo. quoniã inter homines/ ſunt qui poſſunt contrahere: vt qui ex voluntate carnis naſcuntur. & ſunt qui id non poſſunt: vt Adã/ Eua/ Chriſtus. Sunt itidem qui contrahunt illud mali contagium: vt qui ſecundum communẽ nuptiarũ legem gignuntur. ſunt etiam qui non contrahunt: vt primi parentes & dominus noſter. Itaq̧ ſimile rei propoſitæ exemplũ debuerunt potius attendere.

Creare/aptitudinem dicit.

1 Eſt qui poteſt peccare/ & peccat. vt homo mundanus.
2 Eſt qui poteſt peccare & non peccat. vt homo iuſtus.
3 Non eſt qui nõ poſſit peccare/ & tñ peccat. quoniã id repugnat.
4 Eſt qui nõ poteſt peccare/ & nõ peccat. vt deus/ & angeli.

Et ita in ambulatione/ curſu/ vigilatione/ dormitione/ et cęteris id genus: facile conſimilia poteris efformare exempla.

¶ Viceſimaquinta ratio. Operepręcium fuit & decens/ ſacratiſſimam Chriſti matrem digniori & pręſtantiori modo redimi/ q̃ 25
cęteros homines: ſicut & ſingulariter illi ſupra reliquos data ſunt & ſublimiore quidem gradu munera gratiarum. Præſtan=

tior autem eſt redemptionis/liberationis/& ſanctificationis ra⸗
tio/cum quis preſeruatur ab imminenti malo ne illud incidat:
q̃ ſi poſtq̃ illud inciderit/eripiatur & liberetur ab eodem. quem⸗
admodum preſtantiori ratione redimitur/qui ab alio preoccu⸗
patur ne ſubijciatur ſeruituti:q̃ qui iam ſeruus factus/illo ſerui⸗
tutis iugo eximitur. Et melius conſeruatur/qui a lapſu in lutum
futuro eripitur ne cadat: q̃ qui poſtq̃ ceciderit/ ſubleuatur. De⸗
mum magis a medico curatur/qui ne morbum incurrat/ dato
antidoto premunitur:q̃ alter qui poſt aduerſam valitudinē rur⸗
ſum priſtinę ſaluti inſtauratur. At ceteri omnes homines redē⸗
pti ſunt a Chriſto:ꝙ poſt captiuitatē et ſeruitutem peccati/ere⸗
pti ſunt de poteſtate tenebrarum & tranſlati in regnum lucis
perpetuę. Par itaq; fuit & rationi conſonū/vni ſuę matri adhi⸗
beri preſtantiorem redemptionis modum: quo preueniretur a
deo ne incideret in peccatum/ captiuitatem/ & poteſtatem te⸗
nebrarum. ¶ Verum ne cauſetur quiſq;(vt pleriq; faciunt aduer
ſarij)redemptionem fieri non poſſe:niſi a peccato iam contra⸗
cto aut perpetrato/ cuius tamen oppoſitum: exempla ſuperius
adducta conuincunt/ audiatur ſanctus Bernardus: perhibens
angelicos ſpiritus eſſe redemptos/qui tamen nunq̃ peccatū ad⸗
miſerunt. Ita enim viceſimoſecundo ſermone ſuper cantica di⸗
cit. Apoſtolus ad Corinthios ſcribēs /de Chriſto ait. Ipſe enim
factus eſt nobis a deo:ſapientia/iuſtitia/ſanctificatio/& redem
ptio. Deniq; qui factus eſt (inquit) nobis: ſapientia & redem⸗
ptio a deo. & non ait/qui factus eſt ſapientia iuſtitia & redem⸗
ptio/ſimpliciter:ſed qui factus eſt(inquit)nobis. quia quod erat
angelis ante incarnationem:factus eſt nobis per incarnationē.
At angelis(inquies)quonam modo redemptio facta ſit:non vi⸗
deo. Neq; enim authoritas ſcripturarum vſpiam aſſentire vi⸗
detur:aliquando eos aut peccato extitiſſe captiuos/ aut morti
obnoxios/vt neceſſarium haberent redemptorem. exceptis dun
taxat illis qui ſuperbię lapſu irremediabili corruentes: redimi
deinceps non meruerunt. Si igitur iuxta authoritatem ſcriptu⸗
rarum/ angeli nunq̃ redempti ſunt: quo pacto dicis Chriſtum
eis fuiſſe redemptionem? Audi breuiter. qui erexit hominē la⸗
pſum:dedit ſtanti angelo ne laberetur. ſicut hominē qui de ca⸗
ptiuitate eruens:ſic angelum a captiuitate defendēs. Et hac ra⸗
tione fuit vtriq; redemptio:ſoluens illum/ & ſeruans iſtum. Sic
ergo quod erat tantum angelis:factus eſt & nobis. ſapientia vi⸗
delicet/ iuſtitia/ ſanctificatio/ & redemptio. liquet igitur Chri⸗
ſtum hęc quatuor factum eſſe propter homines: qui prius hæc
quatuor tantūmodo angelis erat. ¶ Et q̃uis inter hāc angelo⸗
rum redemptionem et ſacratę virginis: nonnichil diſcriminis
poſſit inueniri. vt ꝙ angelicorum ſpirituum redemptio fuit a

Obiectiōis ſolutio.

Bernardus

1. Corin. 1.

Cauillatio⸗nis dilutio

peccato actuali:ne in illud ruerent. beatæ vero virginis redē=
ptio/ab originali noxa:ne eam contraheret/cui angeli nequaq̄
eſſe poſſunt obnoxij.In præſentia tamen ſufficit illa amborum/
in vniuerſali redemptionis ratione conuenientia:ꝙ ſicut ange
li ſunt redempti /quia fuerunt conſeruati a ruina in peccatū im
minens: quo alij eiuſdem naturę conſortes corruerunt/ ita &
virgo ipſa beata quia præuenta eſt diuina virtute ne ſordida=
retur originali macula/ vt cæteri homines cum quibus idem
habuit conceptionis initium : recte dicatur redempta. Cum
itaq; patefactum ſit ſuperius: congruum fuiſſe & ęquum/ virgi=
nē hanc ſingularem hoc pacto redimi a Chriſto. & deus quod
magis congruit/& ſapientiæ ſuæ rationi conſonat atq; bonita=
ti:efficit atq; præſtat/ haud dubiū eſſe debet cuiq̄/ipſam dei ma=
trem hoc modo ſingulari ſupradicto eſſe redemptam : quare &
ab originali labe præſeruatam.

¶Ex ſanctorum patrū authoritatibus: abunde comprobari pu
ritatem conceptionis ſanctiſſimę virginis. CAP.XIII.

AT ne ſolis videamur fulciri ſcripturæ teſtimo=
nijs(quis illa vel ſola debeant ſatis efficacia vi
deri: ad aſtruēdam ſacratiſſimæ virginis in cō=
ceptione puritatem)aut rationibus naturali lu
mine mentis ſubnixis: afferenda nunc ſunt in
medium & ſanctorum patrum non minus vi=
tæ ſanctitate q̄ doctrinæ ſplendore inſigniū di
cta: quę noſtro ſuffragantur propoſito. ¶Sit 26
itaq; hæc viceſima ſexta ratio. Grauiſſimi patres/ eccleſiarū co=
lumnę/ noſtrę fidei propugnacula/& virtute & litteris præſtan=
tes/ quorum maxima apud omnes valet authoritas: ſuis ſcriptis
aſtruxerunt ſacroſanctam virginem Mariam eſſe immunē ori=
ginalis delicti. non eſt igitur illud ambigendum. ¶Imprimis
Hierony= ſiquidem ſacer Hieronymus: in beatę virginis Mariæ præco=
mus nium dicit. Quicquid in Maria geſtum eſt: totum puritas/ totū
veritas/totumq; gratia fuit. In ipſa autem virgine/ peracta eſt
ſui conceptio: & prima ad ortum productio. Fuit igitur in illa
cōceptione puritas & gratia: quę omnem præcluſit peccato in=
grediendi ad eam aditum. Rurſum idem. Cæteris virginibus p̄=
ſtatur gratia per partes: Mariæ vero totam ſe infudit gratię ple
nitudo. Qui autem fieri poſſit: vt cum tanta gratię affluentia/ lo
cum habeat originalis culpa/ quemadmodum neq; cum immē=
ſa luce ſunt tenebrę: neq; cum feruentiſſimo calore frigus/ neq;
cum ſumma dulcedine ſimul adeſt amaritudo. Præterea idem
quoq; ait. Nichil eſt ſplendoris/ nichil eſt candoris/ nichil eſt lu
minis: quod non reſplendeat in virgine glorioſa. Puritas autem
in conceptione et omnimoda a peccato immunitas/ eximius

eſt ſplēdor: illuſtriorē reddens & ſereniorem cōceptum eorum/ qui tum illo lumine perfunduntur. Non defuit igitur hic nitor & fulgor conceptui glorioſę virginis: ſed eam tūc reddidit præfulgidam. Deniq; idem. Canitur in canticis de maria. Hort9 cō- Cant. 4. cluſus/fons ſignatus: emiſſiones tuæ paradiſus. Hortus delitiarum: in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera/ & odoramenta virtutum. ſicq; concluſus: vt neſciat violari ſiue corrumpi vllis inſidijs/fraudibuſue diaboli. Fons item ſignatus: ſigillo totius trinitatis. Si itaq; concluſus fuit hortus: quomodo illi dęmon ſuum infudit virus/ aut quibus rimis aditum ad ipſum inuenit inferna tabes? Si fons ſignatus: qua via potuit ſathanas rupto dei ſigillo ſuum illi characterem imprimere/ aut peccati notam inurere? ¶ Audi nunc & Auguſtinum. Quis dicere po- Auguſtin9 terit (inquit) ſine peccato ſum natus/ aut mundus ſum ab omni iniquitate dicere audebit: niſi illa virgo prudentiſſima/ animatū tēplū dei excelſi? quā deus ſic elegit et p̄elegit ante mūdi conſtitutionem: vt ſancta & immaculata mater dei/ & filia eſſet reſeruata: incorrupta ab ōni labe peccati. Vides cū omnē labē a glorioſa dei matre Auguſtinus excludit: ipſum et originalem quoq; ab ea ſemouere. Idem quoq; alio loco ait. Vnde ſordes ī Maria: q̄ nec in cōcipiēdo/libidinē: nec in pariēdo paſſa eſt dolorē? Vnde ſordes ī domo: ī qua nullus habitator terrę acceſſit? Solus ad eā ei9 fabricator et dn̄s venit. Rurſū idē. O mater dn̄i ſicut ī prima fœmina abūdauit delictū: ita & in te ſupabūdauit omnis plenitudo gratiæ/ & ideo ſuper omnes ignara delicti. Qz ſi ſuper omnes & viros & mulieres (excepto ſemper filio eius ſupbenedicto: deo et hoīe) fuit ignara delicti: neſciuit igit̄ maculā originalem/ cum qua non ſtat omnis plenitudo gratię. Inſuper idem. Charitas fecit vt non ſolum Maria non peccaret/ ſed nec peccatum cogitare potuit: & ſuper cunctos reſeruata ab omni labe peccati fuit. Nonne & hic/ omnis labis appellatione: originalem compręhendit Auguſtinus maculam? a qua reſeruatam virginem ſacroſanctam atteſtatur. Demum idem in libro de natura & gratia/ contra Pelagium agens negantem originale peccatum: ait. Excepta virgine Maria: de qua propter honorem domini/ cum de peccatis agitur: nullam volo prorſus habere quęſtionem. Inde enim ſcimus/ q̄ ei plus gratię collatum fuerit ad vincēdum omni ex parte peccatum: quę illum concipere et parere meruit/ quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Hac ergo virgine excepta: ſi omnes illos ſanctos & ſāctas quos Pelagi9 enumerauit cōgregare poſſem9/ & iterrogare vtrū eſſent ſine peccato: qd eos fuiſſe reſponſuros putamus? Vtrum quod ipſe Pelagius aſſerit: an qd Ioannes dicit? Rogo vos/ quātalibet fuerit in hoc corpore excellentia ſanctitatis: ſi de hoc in-

terrogati fuiſſent/vna voce clamaſſent. ſi dixerimus quia pecca tum non habemus: ipſi nos ſeducimus/& veritas in nobis non eſt. Quoniam igitur Auguſtinus cum de peccatis agitur/de ſem per ſancta virgine nō vult haberi queſtionem: inſinuat eam ab omni penitus peccato & genere peccati liberam atq; alienam.

Ambroſius ¶His accedit & Ambroſius dicēs. hęc eſt virga: in qua nec no dus originalis/nec cortex venialis culpę fuit. Virgam quidē ap pellatam eſſe beatam virginem: illud Eſaiæ manifeſtat oraculū.

Eſa. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe/& flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. Ab hac autem virga cū nodus originalis abeſſe perhibetur: culpæ originalis in beata

Hildefonſus. virgine corruptela fuiſſe negatur. ¶Audiatur & ſanctus Hilde fonſus archiepiſcopus Toletanus pręcipuus amator deipa ræ virginis/& ab ipſa certis mutui amoris argumētis dū adhuc viueret honoratus. Beata (inquit) virgo Maria niſi in ipſo con ceptu ſanctificata fuiſſet: minime eius conceptio colenda foret. Sed quia authoritate ſanctorum patrum/digne (vt veſtra nouit charitas) veneratur: conſtat eam ab omni peccato originali fuiſ ſe immunē. per quam non ſolum Euę maledictio ſoluta eſt: ve rum etiam benedictio omnibus condonata. nullis ergo quando nata eſt delictis ſubiacuit: nec originale peccatum in vtero ſan ctificata contraxit. Verum cū hic aut apud alios/ ſacram virgi nem in vtero materno ſanctificatā legis: non intelligas ipſam ſā ctificatam / id eſt a contracta prius labe purgatam poſt con ceptum: quomodo nonnulli ſanctorum ſanctificati traduntur. ſed ſanctificatam / id eſt mundam & puram in ipſo conceptus momento formatam atq; productam. vt nunq̄ in ea locū habue rit peccati immunditia: ſanctificante ipſā deo/et ſanctā incoin quinatamq; ſua pręuia benedictione pręſeruante. hęc etenim ſā ctificatio longe dignior q̄ altera/ ſingulariter vnicā dei matrem decuit: vt ſuperius in octauę rationis deductione etiam oſtenſū

Hilarius. eſt. ¶Aſtipulatur huic & ſanctus Hilarius Pictauenſis/dicēs. O virgo benedicta ſuper omnes fœminas: quę angelos vincis pu ritate/quę omnes ſanctos ſuperas pietate. Atqui in angelis nul la vnq̄ inuenta eſt cuiuſq̄ peccati labes. ipſa igitur quę angelis eſt purior/ hoc teſtimonio aſſeritur ab omni prorſus peccato aliena. quare originalem non habuit labem: quę reddidiſſet eā aliquando impuram/& infra angelorum puritatem longe ſubſi

Cyprianus dentem. ¶Conſonat iiſdem beatus Cyprianus dicens. O virgo iuſta et omni iuſtitia pleniſſima: cuius conceptio/ſingularis. At quomodo ſingularis fuiſſet matris dei conceptio: ſi more alio rum hominum originalem contraxiſſet in conceptu maculā? An ideo quia ex infœcundis diutius parentibus/ & angelo de cœlo prenunciante eius ortum eſt progenita? Sed nonne idem

beato Ioanni Baptiſtæ/Iſaac & plerіſq; alijs inſtrumenti veteris patribus eſt indultum: q; ex ſterilibus orti ſunt matribus/ & ipſorum conceptio diuino oraculo prædicta? Cæterum ſingularis eſt huiuſce virginis immaculatæ conceptio/ob id ſolū quia præter cæterorum morem ab originalis noxæ contagio fuit immunis. ¶Neq; diſſidet ab hac ſententia Origenes dicēs. Beata virgo Maria neq; ſerpentis perſuaſione fuit decepta: nec eius venenoſis afflatibus infecta. Venenoſi autem ſerpentis antiqui afflatus/ſunt originalis culpæ inquinamenta : quibus totam Adę poſteritatem infecit. Non fuit igitur benedicta virgo : hoc dęmonis afflatu / hac originis lue contaminata. Origenes.

¶Aſtruit idem beatus Bernardus cum ait. Caro virginis ex Adam ſumpta: maculas Adę non admiſit. At inter Adæ maculas/illa omnium pernicioſiſſima eſt & maxime contagioſa: quam tota ſuſtinuit eius poſteritas. Non fuit igitur illi maculæ in beata virgine locus. Bernardus

¶Cōprobat etiam idem Ricardus de ſancto Victore: cum inquit. Non decuit vt caro Marię/qualicunq; foret obnoxia culpæ. Nam dei ſapientia indignum credimus/vt quam ad lucem gentium deſtinauit: prauitatis tenebris ſineret inuolui. Nec erit ingratus matri ſuę: qui patri/ matriq; honorem pręcepit exhiberi. Ecce qualemcunq; culpam ſiue originalem/ſiue actualem: audis ſacroſanctę virgini indecētem eſſe/& minime aſcribendam. Ricardus de ſancto Victore:

¶Demum beatus Anſelmus Cantuarienſis antiſtes in libro de exordio humanę ſalutis ait. Deus caſtaneę confert: vt inter ſpinas/ & a ſpinis remota alatur & formetur. nō potuit igitur hoc facere filius matri ſuę? plane potuit & voluit. q; ſi voluit: & fecit. Vbi manifeſte aſſerit/ q; quis a ſanctis parentibus nuptiali lege ſit deducta ad ortum: nulla tamen carnis contraxit ab eis contagia. Idem quoq; in epiſtola ſcribit. Non puto verum eſſe amatorem virginis: qui celebrare reſpuit feſtum ſuæ conceptionis. At quis ſuadeat celebrandam eſſe beatę virginis conceptionem: niſi illi affuerit diuino indultu ſanctitas/ puritas & mundities? Non enim celebrandus eſt dies feſtus: niſi de re ſancta/ & cœleſti munere honorata. Cenſet igitur(vt & omnes ſentire debemus) ipſe deuotus & eximius ſacræ virginis cultor: ipſam omnino expertē fuiſſe originalis peccati. Quod & ex alijs eiuſdem verbis in libro de conceptu virginali dilucide cognoſcitur: quibus ait. Decebat vt illius hominis(ſcilicet Chriſti)cōceptio/de matre puriſſima fieret. Nempe decens erat vt ea puritate / qua maior ſub deo nequit intelligi/ virgo illa niteret: cui deus pater vnicum filium(quem de corde ſuo æqualē ſibi genitum/ tanq̄ ſeipſum diligebat)ita dare diſponebat: vt naturaliter eſſet vnus idēq; communis dei patris & virginis filius. Huiuſmodi autem puritas: Anſelmus.

omnem abhorret & ſecludit labem cuiuſcunqꝫ peccati. Si enim originalem in ſancta dei matre ponis fuiſſe noxam: iam non illam ipſi attribuis puritatem/ qua maior ſub deo nequeat intelligi. Siquidem maior eſt puritas innocentiæ: & macula originali non offuſcata. quæ tamen ſub deo eſt: nam in creaturis ſolum per gratiam/ in deo vero per naturam. Rurſum idem in libro de conceptu beatę Marię virginis ait. Si Hieremias qui lugentibus erat propheta futurus/ in vulua eſt ſanctificatus: & Ioannes in ſpiritu et virtute Heliæ venturus/ in vtero matris ſpiritu ſancto repletus: quis audeat dicere ſingulare totius ſęculi propiciatorium/ & filij dei vnicū reclinatoriū: mox in ſuæ conceptionis exordio/ ſpiritus ſancti gratia deſtitutum? Vbi autē ſpiritus ſancti adeſt gratia: extorris & exul eſt omnis culpa. Poſtremo idem in libro de conceptu virginali ait. Nichil tibi domina eſt ęquale/ nichil comparabile. Omne enim quod eſt: aut ſupra te eſt/ aut infra te. Quod eſt ſupra te: ſolus deus eſt. quod infra te eſt: omne quod deus non eſt. Si igitur ſuper omnes creaturas dignitate collocatur: quomodo temerata eſt veterno/ veteriqꝫ culpa? quę & angelis ipſā redderet puritate ſuperiorē: & primorū parentū ortu. Poſſūt et permultę alię ſanctorū patrum ſentētię/ aſſerentes omnimodā puritatem conceptionis ſacroſanctę virginis/ a ſtudioſis lectoribus adduci: quas (ne copia faſtidium ingerat) conſulto omittimus. quandoquidem cuiqꝫ verſanti eorum libros facile occurrent.

¶ Concilij Baſilienſis authoritate & decreto: probari puritatē cōceptiōis beatiſſimę virginis Marię. CAP. XIIII

Vicesima ſeptima ratio. Sacroſācta ſynodus Baſilienſis poſt diuturnam & exactam huius infœlicis problematis (quod multa in eccleſia dei ſuſcitauit ſcandala: ob hominum peruicaciam/ et pertinacem nimis ſuę poſitionis obſeruationem) atqꝫ queſtionis diſcuſſionem. fuerit ne ſacroſancta virgo in ſui conceptione originalis maculę immunis: tandem decreuit publica ſanctione/ authoritateqꝫ grauiſſima/ illi potius eſſe accedēdum ſententię: quę omnimodam virginalis cōceptionis aſtruit puritatem. Eſt igitur huic iudicio eccleſię/ huic decreto concilij generalis/ quod auguſtiſſima grauiſſimorum patrū tunc ſanxit authoritas: ſine aliqua hęſitatione ſtandum atqꝫ aſſentiendum. Verum vt ipſius ſacrę cōtionis patrum clarius innoteſcat hac de re ſententia atqꝫ conſtitutio: decretum illud publicum/ quod tunc promulgauit/ ſeruata eadem verborum forma/ ſubnectimus. ¶ Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis/ in ſpi- 27

Sanctio cō cilij Baſilienſis.

ritu ſancto legitime congregata/ vniuerſalem eccleſiam repręſentans: ad perpetuam rei memoriā. Elucidantibus diuinę gratiæ myſteria/ mercedem glorioſā repromiſit æterna dei patris ſapientia: dum ait. qui elucidant me: vitam æternam habebunt. Quod etiam de glorioſa virgine/ quæ ipſam patris ſapientiā/ dei filium in vtero pertulit ac mundo peperit: ſacroſancta legit eccleſia. Nam quicquid de dignitate & ſublimitate virginis matris educitur in lucem: hoc non dubium eſt ad laudem & honorem filij ſui pertinere. Et qui honorificant gratiam & ſanctitatem matris: honorificant & elucidant nomen filij eius/ qui ipſam ſanctificauit & repleuit gratia. Vnde ſi in cæteris rebus elucidatio veritatis (quæ a domino deo eſt) præclara merita parturit: in ea re ſpecialiter fructus vbertimos afferre ſperāda eſt/ quæ ſanctificationem & dedicationem templi illius concernit: in quo ante ſæcula/ anteq̄ terra fieret/ & ab æterno ſibi manſionem ordinauit prima & æterna veritas. Idq; maxime cōgruit: vt pax habeatur in queſtionibus ſanctitatem eius concernentibus/ per quam pax diffuſa eſt in terris. Hactenus vero difficilis queſtio in diuerſis partibus & coram hac ſancta ſynodo: ſuper conceptione ipſius glorioſę virginis Mariæ matris dei/ et exordio ſanctificationis eius/ facta eſt. quibuſdam dicentibus: ipſam virginem & eius animam per aliquod tempus aut īſtans temporis/ ſubiacuiſſe actualiter originali culpę. Alijs autem econuerſo dicētibus: a principio creationis ſuæ/ deum ipſā diligendo/ gratiam eidem contuliſſe: per quā a macula originali illam beatiſſimam perſonam liberans & præſeruans/ ſublimioris ſanctificationis genere redemit. cum fundaret eam ipſe altiſſimus/ & ipſam fabricaret filius dei patris: vt eſſet mater eius in terris. Nos vero diligenter inſpectis authoritatibus & rationibus/ quæ iam a pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriuſq; doctrinæ coram hac ſancta ſynodo allegatę ſunt/ alijſq; plurimis ſuper hac re viſis & matura conſyderatione penſatis: doctrinam illam aſſerentem glorioſā virginem dei genitricem Mariam/ præueniente & operante diuini muneris gratia ſingulari/ nunq̄ actualiter ſubiacuiſſe originali peccato/ ſed immunē ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa/ ſanctamq; & immaculatam: tanq̄ piam/ & conſonam cultui eccleſiaſtico/ fidei catholicę/ rationi/ & ſacræ ſcripturę/ ab omnibus catholicis approbandam: fore tenendam & amplectendam diffinimus & declaramus/ nulliq; de cętero licitum eſſe: in contrarium prędicare ſeu docere. Renouātes præterea inſtitutionē de celebranda ſancta eius cōceptione/ quæ tam per Rhomanā q̄ alias eccleſias ſexto idus decēbris ātiqua & laudabili cōſuetudine celebrat: ſtatuim⁹ & ordinam⁹ eādē celebritatē p̄ſata die

Eccli. 24.

Prouer. 8.

Pſal. 86.

in omnibus eccleſijs/ monaſterijs & conuentibus Chriſtianæ religionis/ſub nomine conceptionis/feſtiuis laudibus colendā eſſe. Cunctiſq; fidelibus/ vere pœnitentibus & confeſſis: ea die miſſarum ſolennijs/centum. primis autem vel ſecundis veſperis: totidem. ſermoni vero verbi diuini de eadem feſtiuitate aſſiſtentibus: centum quinquaginta dies/ conceſſione perpetua ōnibus temporibus duratura: de iniunctis ſibi pœnitentijs hęc ſancta ſynodus elargitur. Datum in ſeſſione noſtra publica/in maiori eccleſia Baſilienſi ſolenniter celebrata: decimoquito calendas octobris. Anno a natiuitate domini milleſimo/quadringenteſimo/triceſimo nono. ⁋Verum inquies (vt obijciunt aduerſarij) ſynodum illam Baſilienſem nequaq̄ approbari ab omnibus eccleſijs/ pręſerti a Rhomana: propter ſuſcitatum i ipſa ſciſma inter Eugenium quartum & Fœlicem/ibidem in ſummū pontificem reiecto Eugenio electum. Quam ob cauſam/quę in dicto concilio ſancita ſunt & conſtituta: contendes parum habere roboris/& minus efficacia ad quicq̄ rite comprobandum.

Obiectiōīs ſolutio.

⁋Reſpondemus. quid de cæteris ſupradictę contionis decretis ſentiendum ſit/approbanda ne ſint an improbanda: nichil noſtra intereſſe, neq; noſtro diſcutiendum illud eſſe ſcrutinio: vt quod ad rem præſentem nō attineat. Illam vero ſanctionem de immaculata deiparę virginis conceptione/nequaq̄ improbari ab eccleſia Rhomana aut alia quauis: ſed alacriter et prompte ſuſceptam. quod noſtræ ſufficit approbandæ intentioni. Huius autē rei argumento eſt: ꝙ ſecundum vſum Rhomanę eccleſiæ/ totum officium eccleſiaſticum nouum luculēter eſt compoſitū/ ex ſententijs et figuris veteris teſtamenti/& ſanctorum patrum dictis/ eleganter & copioſe contextum: non ſolum in ipſo ſanctæ conceptionis die/ſed & per totas eiuſdē ſolennitatis octauas celebriter decantandum. Itaq; ſi improbaret eccleſia Rhomana hanc ſanctionem Baſilienſem/ ſi non cupide & libenter eam amplexa fuiſſet: minime integrum de feſto ſacrę cōceptionis admiſiſſet in ſuo vſu officium/ neq; ſupra aliarum eccleſiarū morem & pręter cęterarum ritum: octauas ſolenniter celebrandas de eadem ſacroſanctæ virginis conceptione inſtituiſſet.

⁋Qꝫ ex diuina reuelatione & miraculis: conceptionis feſtum præceptum eſt celebrari. CAP. XV

Vicesimaoctaua ratio. Tradūtur a fide dignis authoribus diuinitus oſtenſę reuelationes & miracula/ q̄b⁹ beata virgo Maria perhibuit gratū ſibi obſequiū pręſtitū iri: ſi feſtū conceptionis eius/& ſub illo quidē nomine/ ſexto idus decembres celebretur. Fuit igitur immaculata & omnino originalis culpæ neſcia/ eius ſacra conceptio, alias non indiceretur ab ipſa virgine/ matre ve 28

ritatis et puritatis: celebrāda. Quid enī ſeua illa in mari Angli-
cano tempeſtas omnibus mortē prius intentans/ ſed apparente
angelo cœleſti & denūciante celebrandā cōceptionē virgineā/
protinus ſedata: aliud prædicat niſi a cœlo primū reuelatā hāc
celebrationē? Teſtis huius admirādæ rei locupletiſſimus & gra
uiſſimus/ eſt beatus Anſelm9 Cātuariēſis archiepiſcopus: beatæ Anſelmus
virgini Mariæ colendæ deditiſſimus. Quid item regis Hūga-
rorum germanus/ a nuptijs carnalibus ad vitæ cœlibatum atq;
caſtimoniā reuocatus/ & ſacratiſſimę virginis cōceptionē quot-
annis celebrandā prędicare iuſſus/ aliud queſo inſinuat: niſi di-
uino primū oraculo denūciatā hominibus hanc celebritatem?
Quid deniq; in pelago Gallicano ſacerdos ob īpuritatē vitæ a
dęmonibus aquis obrutus/ & ſacratæ virginis Mariæ pręſidio
poſtea eorū manibus ereptus atq; vitę reſtitutus/ iuſſus in ſuſce
pti beneficij cōpenſationē a ſacra virgine ſingulis annis cele-
brare & celebrandā denūciare immaculatā ipſius conceptionē/
nobis deſignat: niſi eiuſdem beatę virginis beneplacito atq; re-
uelatione diuina/ indictam eſſe hanc ſolēnitatem? Ecce triplex
in eandem concurrens ſententiā miraculū/ & ſacrum virginis
oraculū: vt in ore duorum vel trium teſtium/ ſtet omne verbū. Deute. 19.
At vero nemo hæc tanq̄ futilia rideat/ nemo tanq̄ vana cōtem-
nat/ nemo tanq̄ friuola deliramenta paruipendat. vt nōnulli fa-
ciunt aduerſariorū: in hæc omnia/ dedita opera ſtruentes calū-
niam/ & cauillationē meditantes. Ne dum tanq̄ humana inuen
ta hęc & inania ſubſannet: deum & beatā offendat virginē/ aut
prouocet ad indignationē. a quibus: hæc ipſa deriuata ſunt &
propagata. Qui enim hæc ſpernit: vt ſcribit beatus Paulus/ nō 1 Theſſa. 4.
hominē ſpernit ſed deum. ¶ Cæterū inſiſtunt alij qui aduerſam
tutantur poſitionē: conceptionē ſanctæ virginis/ ſub cōceptio-
nis ratione nequaq̄ eſſe celebrandā/ ꝙ hæc originali contagio
fuerit maculata. ſed ſub ratione ſanctificationis: ꝙ paulo poſt Obiectiōis
coniūctionem animæ ad corpus virginale in vtero materno/ ſolutio.
ſit expurgata a contracto originali peccato. ob cuius in vtero
ſanctificationis gratiam & beneficiū: cenſent quidem exhiben-
dam deo & beatæ virgini ſolennem venerationē. Sed quoniā
(aiunt) incertus eſt dies factæ in vtero ſanctificationis virginis
Marię/ & certus eſt dies conceptionis eius ſecundū carnem: ec-
cleſia diem conceptionis celebrandum ſuſcipit/ ratione dūta-
xat ſubſequentis & poſterius factæ ſanctificationis. Alij dete-
rius aberrantes/ conceptionis ſolennitatē celebrandā abnuūt:
& ſanctificationis feſtum (vt nomini res etiam reſpondeat/ &
nomē rei) dūtaxat celebrant/ celebrandūq; diuulgant: ſua hu-
mana adinuentione/ nomen conceptionis cœlitus delatum in
ſanctificationis nomen cōmutātes. vt hoc ſanctificationis no-

mine/ſuum tegant virus occultent**q** venenum: perſuadeant**q** hoibus/beatã virginẽ in vtero materno prius peccato maculatã/poſtea vero mundatã purgatã**q** fuiſſe. ¶Sed q̃ ſint iſti a veritate & pietate fidei alieni: paucis nunc aperiendũ eſt. at**q** cõtra ſentiendũ/nõ ſolũ vnionẽ ſanctæ animę virginis Marię ad ſacrũ ipſius corpus in vtero materno iam formatũ fuiſſe ſine aliqua cõtractione culpæ: verũ etiam cõceptionẽ ipſius ſacratiſſimæ virginis ſecundũ carnẽ/per nuptialẽ ſanctorũ parentũ ſuorum cõgreſſum factã/fuiſſe ſine macula aut ſorde peccati inuſta corpori: vnde poſtea anima inficeretur in ipſa ſui ad carnẽ cõiunctione. et hanc ipſam eſſe cõceptionẽ glorioſæ virginis/vtpote ſecundũ corpus: quã quotãnis celebrat eccleſia catholica ſexto idus decembres. Quod vel ex ipſa tẽporis ratione liquido conſtat. Nempe ab ipſo cõceptionis die ad diem vſ**q** proxime ſequentẽ natiuitatis eiuſdem glorioſæ virginis: nouem menſiũ eſt interuallũ. quod quidẽ ſtatũ & determinatũ ponitur vt plurimũ eſſe tẽpus humani fœtus: vtero materno geſtandi. At vero poſt cõceptionẽ corporis peractã: octoginta diebus aut circiter/ dicitur formari corpus filię in vtero matris/ digeri in partes/& organis at**q** lineamẽtis diſtingui/vt diſponatur aptũ ſuſcipiẽdę animę: ac octogeſimo demum die/animã corpori fœminę iam aptato cõiũgi. in maſculo vero: die quadrageſimo poſt cõceptũ carnis/ aiũt animã corpori infundi. Proinde in Leuitico iubet mulier quæ ſuſcepto ſemine peperit maſculum/quadrageſimo poſt partũ die purificanda adire templũ. quæ vero fœminã in lucem ædidit: die primũ octogeſimo pręcipitur purgationis ſuę ritum peractura/templũ accedere. Si igitur nomine cõceptiõis glorioſæ virginis/accipias cõiunctionẽ animę ipſius ad corpus/ in vtero matris iam triũ menſiũ interuallo formatũ: illa in tertio anni menſe (quẽ martiũ appellant) eiſet celebrãda/aut circa finẽ ſecũdi menſis quẽ dicunt februariũ/octogeſimo ſcilicet die ab octaua die decembris: qua facta eſt (vt ſuppoſuimus) conceptio eiuſdem beatę virginis ſecundũ carnẽ. Aut ſi cõtendis ſexto calendas decembres eſſe peractã vnionẽ animæ ad corpus ſacroſanctæ virginis/& illã vocari cõceptionẽ quã quotãnis celebrat eccleſia: cũ huiuſmodi coadunatio animæ ad corpus fœminæ fiat ſecundum conſuetã naturæ legem (vt ex medicorum ſententia ſupponimus hoc loco) octogeſimo die poſt factã carnis cõceptionẽ: conſequens eſſet glorioſam beatæ virginis matrem Annã geſtaſſe ipſam beatã virginẽ in ſuo vtero ferme duodecim menſes: cũ a tempore vnionis animæ ad corpus/ad tempus vſ**q** partus eius/octauũ ſcilicet ſeptembris diem/intercedeſſent nouem menſes integri: & anteceſſiſſent poſt corporis cõceptum ad tempus vſ**q** informationis animæ/ fere tres menſes.

Cõceptum virginis ſecundũ carnẽ: ſine macula fuiſſe.

Leuit. 14.

Vtrunq; autē horū/abſurdū eſt:& a ritu eccleſiæ/naturæue lege alienū. Sentiendū eſt igitur/octauū decembris diem / tēpus fuiſſe cōceptionis ſanctiſſimæ virginis ſecundū carnem: quo in vtero materno ſacrū illius corpus efformari cœptum eſt. Sic eni eccleſiaſtica cōſuetudo ſolitæ legi naturæ apte reſpondebit: & celebrabitur cōceptionis ſolēnitas eo tempore quo peracta eſt. Fatendū eſt inſuper: hanc glorioſæ virginis cōceptionē ſecundum corpus ſolū/fuiſſe imunē ab omni labe carnis. per quā inexiſtentē carni in cęteris/cū fit animæ ad corpus cōiunctio: cōtrahitur in anima peccatū originale. per ſublatā vero & minime immanentē/immo nec vnq̄ inhęrentē virgineę carni (id operante diuina benedictione: illā conceptionē pręueniēte) hāc tabem morbidā & luem cōcupiſcētiæ: animā glorioſæ virginis ſacratiſſimā / mundo & imaculato corpori fuiſſe cōiunctā/ſine aliquo peccati cōtagio. nam ſubmotū erat diuino munere illud a corpore: quod in cęteris ſolet animā in ipſo cōiunctiōis ad corpus momēto labefactare. Si enim mundū pigmentū & vnguētum precioſum mundo infuderis & ſyncęro vaſculo: vnde quęſo habebit vnguentū illud infectionis occaſionē? Ita in pręſanctificato & nunq̄ maculato corpore glorioſę virginis/a deo collocata anima: nullā habuit cōtrahendę maculę occaſionē. Porro ſatius eſt/& dignitati virginis atq; filij dei (qui ex ea carnem ſuſcepit) congruētius/hoc pacto aſſerere/non ſolū ſacrā virginis animam/ſed & corpus glorioſum nunq̄ habuiſſe in ſe fœditatem aut labem contagioſam. ſed ſemper mundum & purum permanſiſſe/ a deo prępurificatū & ab omni eluuione conſeruatum: vt ex mundiſſima carne virginea filius dei carnem ſumeret/& in puriſſimo tabernaculo diuina maieſtas ineffabiliter habitaret. Proinde eccleſia catholica recte octauo die decembris celebrat non tam humana q̄ diuina ordinatione conceptionem ſecundum carnem/ſacratiſſimæ virginis Mariæ: gratias agens deo bonorum omnium largitori / ꝙ benedictam virginem illam tunc ad ortum deduxerit ſecundum corporis exordium/ex qua Chriſtus omniū redemptor erat naſciturus. ꝙ etiam virgineam illam carnem in primo ſuo exortu ab omni eluuie contagioſa cuſtodierit immaculatam : ex qua noſtræ cōditionis ſubſtantiam/ dei filius erat ſuſcepturus: vt ex omnino imaculata imaculatus/et ex ſemper ſācta ſanctus prodiret.

¶Verum obſiſtunt alij/ſolam carnem animæ expertem non eſſe capacem/ſuſceptiuāue gratiæ diuinæ aut ſanctificationis: cum proprium ſit mentis humanæ/diuine lucis fulgorem in ſe recipere. & exinde colligere cōtendunt/nō id verū eſſe quod modo dictū eſt: ipſam ſcilicet beatę virginis carnē in ſui cōceptione anima carentē/ diuina pręueniēte gratia imunem fuiſſe cō- Obiectiōis ſolutio.

tagioſæ ſordis peccati. ¶Quibus reſpondendū eſt/ primum & præcipue/ munus gratiæ ad animā pertinere: cuius eſt decus/ ornamentū & pulchritudo. illius tamē in corpore quædam iaci poſſe fundamēta/ & quodam diuino indultu quandā in corpore pręuiam diſpoſitionem fieri: per quam anima conſeruetur ſyncęrior/ & percipiēdo gratiæ muneri reddatur magis idonea. vt quædā inchoatio ſuſcipiendę in anima gratiæ: videatur pręparata in ipo corpore. Cōcedūt eni ipſi & quidē rationabiliter/ ex cōceptiōe carnis ſecundū legē cōcupiſcentiæ/ vbi diuina nō præcurrit benedictio: relinqui in ipſa carne fœditatē & labem/ propter quam anima poſtmodū illi cōiuncta inficitur originali vicio. haud ſecus atq; ſi immundo vaſi ſyncerū infuderis vnguentum: contrahet huiuſmodi pigmentum ſordem a vaſe cui imponitur. Cur igitur non libenter concedent/ præparatoriā in carne a deo munditiam reponi poſſe: per ſublationē huiuſmodi carnalis contagionis/ qua quidē præuia & prædiſpoſitrice mūditia: anima cum primū corpori cōiungitur/ munda & pura cōſeruetur. Si poteſt infirmitas ex maledictione enaſcens inficere carnem/ & in animā/ huiuſmodi pollutionem tranſfundere: cur non poterit diuina benedictio omniefficax & omnibenefica/ carni munditiam & omnimodā impendere puritatem/ ſubmoto contagij veterno: qua reddatur idonea ad ſuſcipiendam in ſe animā omnino mundam? Videmus enim odorem ineſſe pigmentis & aromatibus: ipſa tamē vaſa ante ablui poſſe & detergi/ quibus imponenda ſunt ne ſordeſcant. hanc autem vaſorum ablutionē multum afferre adiumenti: ad conſeruandum natiuū vnguentorū odorem in ſua ſyncæritate.

¶Ex ipſius ſummi pontificis dęcreto / & conceſſa remiſſione peccatorū celebrātibus id feſtū: oſtēdi propoſitū. Cap. XVI.

Sixtꝰ quartus.

Vicesimanona ratio. Noſtra ętate Sixtus quartꝰ ſummus pontifex non modicam indulſit apoſtolica authoritate peccatorū relaxationē & veniam ōnibus: ad ſacratiſſime virginis Mariæ laudem/ angelicę ſalutationi hanc ſubnectentibus cōtinuo particulam. 29
Et benedicta ſit Anna mater tua: de qua ſine macula/ tua proceſſit caro virginea. Vt hoc pacto inter orandum cōtexatur noſtra ad virginem ipſam ſingularem deprecatio. Aue Maria gratia plena/ dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. et benedictus fructus vētris tui IHESVS Chriſtus. Et benedicta ſit Anna mater tua: de qua ſine macula/ tua proceſſit caro virginea. Amen. Quæ ſane adiectitia oratiūcula: manifeſtū intemeratæ conceptionis glorioſæ virginis prębet teſtimoniū. Si enim de glorioſa matre virginis noſtræ Anna/ ſine macula proceſſit caro virginea: quomodo in ipſa imaculata carne virginis inue-

nies maculã? quomodo item in ipſius anima ĩpollutę carni cõ=
iuncta/offendes labem? quonã pacto denique in tota ipſa virgi=
ne/cuius & corpus ſemper mundũ & anima munda fuit: deprę
hendes peccati originalis inquinamenta? cum mundũ cõiun=
ctum mũdo: nil niſi mundũ poſſit conflare & conſtituere. Tale
eni eſt cõpoſitũ: qualia ſunt ex quibus ipſum cõponitur. Quo=
circa recte michi dixiſſe viſus eſt quidam ſanctorũ: quiſquis is
fuerit. ꝙ ſicut primus Adam fuit in agro Damaſceno de terra
virginea & imaculata formatus: ſic ſecundus Adam videlicet
Chriſtus/fuit de carne virginea & imaculata conceptus. Verũ
idipſum in prima huius libri ratione diffuſius explicatũ eſt &
deductũ. ¶ Quinimo vt dilucidius euadat/ſedem apoſtolicam
approbaſſe ſolẽnitatẽ intemeratæ conceptionis deo ſacratæ vir=
ginis/ob imunitatẽ peccati ac puritatẽ eiuſdem: ſubiũgitur hoc
loco/ipſa ſanctio & conſtitutio ſupradicti *Sixti quarti*. qua pu=
blicæ diffiniuit/ꝙ quicunque miſſam & officiũ conceptionis Ma
riæ virginis in ipſo ſolẽnitatis die & per octauas audierint: cõ=
ſequũtur eaſdem peccatorũ relaxationes/ veniãque & remiſſionẽ
quales conſtitutę ſunt ab Vrbano quarto ſummo pontifice: pro
ijs qui celebrauerint feſtũ digniſſimi ſacramẽti Eucharistiæ. Eſt
autẽ illa *Sixti* ſanctio/huiuſmodi. ¶ Sixtus epiſcopus ſeruus ſer
uorum dei: ad perpetuã rei memoriã. Cũ pręcelſa meritorũ in=
ſignia (quibus regina cœlorũ virgo dei genitrix glorioſa/ ſedi=
bus pręlata æthereis: ſideribus quaſi ſtella matutina pręrutilat)
deuotę cõſyderationis indagine perſcrutamur/& intra pectoris
arcana reuoluimus: ꝙ ipſa vtpote via miſericordiæ/ mater gra=
tiæ & pietatis amica/humani generis cõſolatrix/pro ſalute fide
lium (qui delictorũ onere grauantur) ſedula oratrix/& peruigil
ad regem quem genuit intercedit: dignũ quin potius debitũ re=
putamus: vniuerſos Chriſtifideles vt õnipotenti deo (cuius pro=
uidentia/ eiuſdẽ virginis humilitatẽ ab æterno reſpiciens: pro
recõciliãda ſuo authori humana natura/lapſu primi hominis
æternæ morti obnoxia: iam ſui vnigeniti habitaculũ/ſancti ſpi=
ritus pręparatione conſtituit. ex qua carnẽ noſtræ mortalitatis
pro redẽptione populi ſui aſſumeret: & imaculata virgo nichi=
lominus poſt partũ remaneret) de ipſius imaculatæ virginis mi
ra conceptione gratias & laudes referant/& inſtitutas proptere=
ea in dei eccleſia miſſas & alia diuina officia dicant & illis in=
terſint: indulgentijs et peccatorũ remiſſionibus inuitare/vt ex=
inde fiant eiuſdem virginis meritis & interceſſione: diuinæ gra
tię aptiores. Hac igitur cõſyderatione inducti: eiuſdẽ omnipo=
tentis dei ac beatorũ Petri et Pauli apoſtolorũ eius authorita=
te cõfiſi: authoritate apoſtolica/hac in perpetuũ valitura con=
ſtitutione ſtatuimus & ordinamus: ꝙ omnes & ſinguli Chriſti=

Decretũ *Sixti quarti*: approbans celebritatẽ cõceptiõis beatę virginis.

fideles vtriuſq; ſexus/ qui miſſã ac officiũ cõceptiõis eiuſdẽ virginis glorioſę/iuxta piã deuotã & laudabilẽ ordinationẽ dilecti filij/magiſtri Leonardi de Nogarolis/clerici Veronẽſis/notarij noſtri/& quę deſup a nobis emanauit miſſę & officij huiuſmodi inſtitutionẽ: in die feſtiuitatis cõceptionis eiuſdẽ virginis Mariæ & per octauas eius deuote celebrauerint & dixerint/aut illis horis canonicis intererunt.quotiens id fecerint/ eandẽ prorſus indulgentiã & peccatorũ remiſſionẽ cõſequãtur:quã iuxta fœlicis recordationis Vrbani quarti in cõcilio Viẽnenſi approbatam ordinationẽ/ac Martini quinti/& aliorũ Rhomanorũ pontificum prędeceſſorũ noſtrorũ cõſtitutiones/cõſequũtur illi: qui miſſam & horas canonicas in feſto corporis & ſanguinis domini noſtri I H E S V Chriſti a primis veſperis & per illius octauas iuxta Rhomanæ eccleſiæ cõſtitutionẽ celebrant/dicũt: aut miſſæ officio & horis huiuſmodi interſunt / præſentibus ac perpetuis temporibus valiturã.Datũ Rhomę apud ſanctũ Petrũ/ Anno incarnationis dominicæ Milleſimo/quadringenteſimo/ ſeptuageſimoſexto : tertio calendas Martij/ pontificatus noſtri anno ſexto. ❡Ceterũ inſultant nobis hoc loco aduerſarij/obijcientes noui officij de cõceptione glorioſæ virginis receptione/ vſu/& lectione: nos agere contra reuelationem Helſino abbati (vt ſupradictum eſt) factam. in qua angelus præcepit totum officium quod cantatur in eccleſia/ ipſo die natiuitatis ſacroſanctæ virginis:celebrari debere etiam in die conceptionis eiuſdẽ/ mutato dumtaxat nomine natiuitatis in nomen conceptionis. nos autem (inquiunt) contrariũ illius agimus:cum prætermiſſo natiuitatis virginalis officio/nouum admittimus. ❡Sed non intelligunt qui ita cauillantur:angelũ id prçcepiſſe pro eo tempore obſeruandum/quo nondum proprium & peculiare conceptionis beatę virginis officium eſſet cõtextum.non autem prohibuiſſe : nouum poſtea ac ſpeciale illius ſolennitatis officium eccleſiaſticum componi / aut in vſum recipi. præſertim vbi id ſummi pontificis (penes quem conſiſtit huiuſce rei cõſtituendę aut approbandæ authoritas)ſententia atq; determinatione fit. Quodcunq; autem nouum de ſolennitate conceptionis virginalis officium pro pia fidelium deuotione in eccleſijs legitur: id approbante apoſtolica ſede atq; conſentiente receptum eſt. Perinde atq; ſi tibi domus meæ aut agri aut equi cõmunẽ vſum permitto/q̃diu propria cares domo/agro aut equo:non tamen idcirco tibi prohibeo proprię domus/aut equi/aut agri(vbi aderit facultas)ad tuum vſum comparationẽ aut acquiſitionem. ❡Inſuper vt amplius eluceſcat eorum qui pertinaci ſtudio aduerſam tutãtur poſitionem/ab apoſtolica ſede improbatio atq; condemnatio: ſubiungendam duximus & alteram eiuſdẽ Sixti

Obiectiõis dilutio.

ſanctionem publicam / edifferẽtem q̃ excõmunicationẽ & anathematis ſententiam ipſo facto incurrunt annunciatores verbi dei ad populum: aſſerentes beatam virginem Mariam in peccato originali fuiſſe conceptam. etiam & illi: qui dicunt feſtum conceptionis eius celebrantes grauiter peccare. Quæ quidem conſtitutio: hoc verborum ſchemate contexitur. ¶ Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei: ad perpetuam rei memoriam. Graue nimis gerimus ac moleſtum: cum ſiniſtra nobis de quibuſdã eccleſiaſticis perſonis referuntur. Sed in eorum qui ad euangeliſandum verbum dei ſunt deputati exceſſibus prędicando cõmiſſis: eo grauius prouocamur/ quo illi periculoſius remanent incorrepti, cum facile deleri nequeant: qui multorum cordibus ſic publice prædicando / diffuſius & damnabilius imprimuntur errores. Sane cum ſancta Rhomana eccleſia de intemeratę/ ſemperq́ꝫ virginis Mariæ conceptione publice feſtum ſolenniter celebret/ & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuerſorum ordinum prędicatores in ſuis ſermonibus ad populum publice per diuerſas ciuitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt / & quotidie prædicare non ceſſant: omnes illos qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatam dei genitricem abſq́ꝫ peccati originalis macula fuiſſe conceptam/ mortaliter peccare/ vel eſſe hæreticos. eiuſdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes / audienteſq́ꝫ ſermones illorum qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant: peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti: confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ædiderunt. Ex quorum aſſertionibus & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt: & maiora merito exoriri formidantur indies. Nos igitur huiuſmodi temerarijs auſibus & peruerſis aſſertionibus ac ſcandalis/ quæ exinde in dei eccleſia exoriri poſſunt / quantum nobis ex alto conceditur/ obuiare volentes; motu proprio / non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam / ſed de noſtra mera deliberatione & certa ſcientia / huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem/ & aliorum quorũlibet qui affirmare præſumerent/ eos qui crederent aut tenerent eandem dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe: propterea alicuius hæreſis labe pollutos eſſe vel mortaliter peccare. aut huiuſmodi officium conceptionis celebrantes / ſeu huiuſmodi ſermones audientes / alicuius peccati reatum incurrere: vtpote falſas & erroneas / & a veritate penitus alienas/ ęditoſq́ꝫ libros prædictos id continentes/ quo ad hoc authoritate apoſtolica præſentiũ reprobamus

Decretum Sixti quarti cõtra improbantes puritatẽ cõceptiõis virginalis.

& damnamus. Ac motu ſcientia & authoritate prędictis ſtatui-mus & ordinamus: q̄ prædicatores verbi dei & quicunq; alij/cuiuſcunq; ſtatus/gradus aut ordinis ac cōditionis fuerint/qui de cętero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum ſeu alias quomodolibet affirmare/ huiuſmodi ſic per nos iprobatas & damnatas aſſertiones veras eſſe/ ac dictos libros pro veris legere/tenere vel habere/poſtq̄ de præſentibus ſcientiam habuerint:excōmunicationis ſententiā eo ipſo incur-rant.a qua ab alio q̄ a Rhomano pontifice: niſi in mortis arti-culo/nequeant abſolutionis beneficiū obtinere. ¶Item motu & ſcientia & authoritate ſimilibus/ſimili pœnæ ac cenſuræ ſu-bijcientes eos qui auſi fuerint aſſerere:contrariam opinionē te-nentes / videlicet glorioſam virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe cōceptam/hęreſis crimen vel peccatū incurrere mortale.cum id nondum ſit a Rhomana eccleſia & apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus cōſtitutionibus/& ordinationi-bus apoſtolicis cōtrarijs quibuſcūq;: quibus cōmuniter vel di-uiſim a ſede apoſtolica indultū exiſtat/q̄ interdici/excōmunica ri vel ſuſpendi non poſſint per litteras apoſtolicas:nō facientes plenam ac expreſſam de verbo ad verbū de indulto huiuſmodi mentionē. Et ne de pręmiſſis aliqui valeāt ignorantiā allegare: volumus q̄ locorū ordinarij requiſiti/præſentes litteras in ec-cleſijs conſiſtentibus in eorū ciuitatibus & ſuarū dioceſiū locis inſignibus:dum maior ibi multitudo populi ad diuina cōuene-rit/in ſermonibus ad populū mandent & faciāt publicari. Præ-terea quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca ī qui-bus expediens fuerit deferre:etiam volumus & prædicta autho ritate decernimus/ q̄ earūdem litterarū tranſumpto/manu pu-blici notarij cōfecto/& authentico alicuius prælati eccleſiaſtici ſigillo munito/vbiq; ſtetur:prout ſtaretur eiſdem originalibus litteris/ſi forent exhibitę vel oſtenſę. Nulli ergo omnino homi-num liceat hanc paginam noſtræ reprobationis/damnationis/ſtatuti/ordinationis/voluntatis/& decreti infringere: vel ei au ſu temerario cōtraire. Siquis autem hoc attētare præſumpſerit: indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datū Rhomę apud ſanctū Petrū: Anno incarnationis dominicę Milleſimo quadringen-teſimo/octogeſimo tertio/pridiæ nonas ſeptēbris/ pontificatus noſtri anno decimotertio. ¶Verum obijcient aduerſarij/ nos hac ſanctiōe apoſtolica etiā percelli atq; cōſtringi: ne oppoſitā tuentes partem dicamus hæreticos aut mortali idcirco pecca-tó teneri. ¶Et id ſane libere fatemur.quis enī noſipſos cōſtituit iudices ſuper fratres & proximos noſtros:vt eos noſtra autho-ritate cenſeamus/aut hęreſeos aut mortis æternæ crimen icur-

Cauilli ſolutio.

rere: id plane ex noſtro non pendet iudicio/ſed vniuerſalis ſolum eccleſiæ: quæ needū id definiuit atq; decidit (vt ait hic Sixtus) q̄ aſſerentes beatam virginem originaria labe in conceptu fuiſſe contaminatā: habendi ſint hæretici/aut mortali peccato obnoxij. q̄uis ipſa ſedes apoſtolica publice definiuerit (vt ſuperius habitū eſt) beatam virginē ſine tali peccato fuiſſe cōceptam. Viderint tamen ipſi/ne pertinaciā et peruicacię ſtudiū adiungentes ſuæ poſitioni obſeruandæ /illud apud deū tacentibus hominibus incurrant: quod ad mutuam pacem & charitatem fraternā conſeruandā/non debet ab hominibus eis impingi. Non enim aliorū verba reddunt hominē hæreticū apud deum/aut mortalis peccati reum: ſed propriæ peruerſitas volū tatis. Porro cū poſterior hęc ſanctio pontificia quæ modo addu cta eſt/ cōſtituta fuerit anno ſalutis noſtræ. 1 4 8 3. & noſter antidicomarita/ id eſt Mariæ aduerſarius Vincētius de caſtro nouo/librū ſuum (contra quē libramus tela/& aciem inſtruimus) emiſerit in publicum: anno domini ſeptuageſimo quinto ſupra milleſimū & quadringēteſimū/vt ex ānotatione temporis quo prodijt in lucē prędictū illius opus: in calce eiuſdē expreſſa/liquido cōſtat: perſpicuū euadit ſupradictū librū Vincentianum/ quem confutare hac opera noſtra/ ac iprobare pro viribus annitimur: apoſtolicę quoq; ſedis authoritate/& hac ſecūda Sixti quarti cōſtitutione condēnatum eſſe ac reprobatū. quandoquidem in ipſa dānantur libri ſuper aſſertionibus contra puritatē conceptionis ſacroſanctæ virginis cōfecti/legiq; prohibetur. & operis illius emiſſio: anteceſſit hanc apoſtolicā cenſurā. vt de illo quoq; merito credi poſſit ipſe Sixtus querimoniā feciſſe: & mentionē ſub generali denūciatione/ſermonēq; habuiſſe. Neq; id quidē iniuria. Nempe ſupradictus author librū ſuū (quē impugnamus: nō hominē ipſum/ſed peſtiferū eius dogma inſectātes) inſcripſit de veritate conceptionis beatæ Mariæ virginis. quæ ſane inſcriptio abſurda omnino ac vero diſſona ex eo eſſe deprehenditur: q̄ inibi ab eo determinata atq; definita/ ipſam ſcilicet ſacrā virginē originarię labis cōtagio in ſui cōceptione fuiſſe fœdatā: vſq; adeo a veritate abhorrēt/alienaq; ſunt/vt nichil ſit veritati magis aduerſum aut repugnās. Attamē ſub titulo/ ſpecie & noīe diſſerēdi de veritate cōceptiōis virginalis/ idē Marianæ puritatis hoſtis ac temerator: late ſuum tetrum virus euomuit/multorū occupauit ingenia/ animos a pietate abduxit/ſuæq; aſſertionis veneno cōplures Italiæ bibliothecas (vti accepi) labefactauit. At ne latius id ſerpat malū/vireſq; acquirat eūdo: hęc a nobis ſumpta eſt litteraria militia & decertatio/ ad ſyncæræ veritatis defenſionē. Vnde in primo hoc libro rationibus adductis interdū ſubiunctę cauillationes/& in ſecūdo

libro obiectiones aduerſariorum ordine certo digeſtæ(quas ipſi
pro rationibus ſuam aſtruentibus ſententiã ſolent plerũq; affer-
re) ex illo opere Vincentiano/quo commodius refutentur/po-
tiſſimũ ſunt deſumptæ.vt intelligant omnes/ nos in hac noſtra
diſceptatione/aduerſariorũ nomine: accipere Vincentiũ illũ/&
quoſuis ſuæ ſectæ aſtipulatores.qui quoniã veritati & religionis
noſtrę pietati aduerſantur: non poſſunt etiã nobis non eſſe ad-
uerſarij. ¶Verum inquies.cum iampridem damnata ſit apoſto
licæ cenſuræ ſeueritate hæc aduerſarij aſſertio cum ſuo opere/
quẽadmodũ nunc oſtenſum eſt:quid opus fuit hac noua cõfu-
tatione illius/eiuſdẽq; iã diutius exploſæ ſententiæ & elimina-
tæ? Actum agere videris(dicet michi quiſpiã)& ſtulto ſuperua-
caneoq; labore cõſumi atq; occupari: quo id eniteris refellere/
quod a maioribus noſtris tantopere reiectum eſt & exſibilatũ.
¶Fateor equidem ſi cum primũ condẽnata eſt/ etiam extincta
fuiſſet & abraſa cordibus hominũ hęc pernicioſa aſſertio : nullã
nobis tum relictã fuiſſe occaſionẽ moliendi hoc opus.Sed quo-
niam ea veſania multos poſtea inuenit aſſectatores/ multos ha
buit adhuc aſſertores/quantũuis publico ſummi pontificis de-
creto damnata fuiſſet:opus fuit in hoſtes ex integro inſurgen-
tes noua bella parare/& cũ ipſis rurſum tentantibus arma/ma-
num conſerere.Nempe poſt cõdẽnationis illius tempora/ſępius
hydra Lernea caput extulit orco/& triſulca ligua/ſibila dira de-
dit.ſucciſo nõnunq̃ vno illius capite: gemina ſuccreuerũt/ dirũ
ſpargentia virus/& ferales flammas eructantia. Itaq; neceſſa-
riũ fuit nouo remedio nouis occurrere malis: & crebrius repul-
lulanti peſti denuo obuiare.haud ſecus atq; frequẽtius in hor-
tis regerminãtes herbæ noxiæ:iterum atq; iterũ ſtudioſius ſunt
eradicandæ.

¶Q; ex Pariſienſium Theologorum facultatis/& totius ec-
cleſiæ determinatione:immaculatæ cõceptionis virginis etiã
habetur teſtimonium. Cap.XVII.

TRiceſima ratio.Puritas item cõceptionis bea 30
tiſſimę virginis Mariæ ſeueriſſima vindex &
patrona eſt ſacratiſſima theologorum Pari-
ſienſium facultas: cuius (licet indignus) ſum
alũnus.quæ Baſilienſis ſynodi decreto pau-
lo ante expreſſo ſeipſam cõformans/ neminẽ
in ſuũ aſcribit admittitq; cõſortiũ : niſi prius
iuramẽto aſtrictus promiſerit ſe eam aſſertio-
nem defenſaturũ ſemper & edocturum / q; imaculatiſſima fue-
rit ſacroſanctę virginis conceptio.Optimũ ſane & cõmendatu
digniſſimũ inſtitutũ/quod ſacrarũ litterarũ ſtudioſos iureiurã-
do/ſacramentoq; fidei obſtringit ad illud obſeruandũ documẽ-

tum:quod vel nullo intercedēte iuramēto/quiſq; ad amplificā⸗
dam dei gloriā & prędicandā deiparæ virginis reuerētiā prom⸗
ptiſſimo animo deberet aſtruere. Illud autē iuramentū tam ob⸗
ſtricte nūq̄ exigeret illa preclara grauiſſimorū virorū cōtio: niſi
cōpertū haberet & perſpectū/illam ſententiā veritati eſſe cōſen⸗
taneā/diuinoq; honori & beatæ virginis cōgruentiſſimā. Non
eſt igitur illud amplius in dubiū reuocandū. ¶Sed inſiſtūt ad⸗
uerſarij noſtri/ priſcis tēporibus eruditiſſimos ſacrarū litterarū
profeſſores eiuſdē academiæ Pariſieſis:& lectione & ſcripto op⸗
poſitā noſtrę poſitioni determinaſſe partē/& aſſeruiſſe beatā vir
ginē in cōceptione maculā originalē cōtraxiſſe. Qui cū ſint tē⸗
pore antiquiores/necnō doctrina & virtute (vt aiunt)recētiori⸗
bus pręſtantiores: eorū potius accedendū eſt ſententiæ/propter
auguſtiorē authoritatē antiquitatis/q̄ aliorū/ ſuperioribus ānis
a priſcis illis patribus in oppoſitā partē digreſſorū. ¶Quibus
adhibenda eſt reſponſio. Antiquos illos profeſſionis theologicę
patres ſecundū vulgatiorē ſui tēporis ſententiā locutos fuiſſe: cū
nondū res ipſa eſſet ad vnguē (vt poſtea fuit) diſcuſſa/ & necdū
vniuerſalis eccleſię determinatione definita/& idcirco ipſos ve⸗
nia dignos cenſeri debere. At cū hac tēpeſtate hæc materia ex⸗
amuſſim fuerit enucleata/ acceſſerint & cœlitus oſtenſæ reuela⸗
tiones/& cōcilij generalis definitoria ſentētia: procul dubio po
tius eſt ſtandū iudicio eccleſiæ. quod antiqui illi patres ſi latum
audiuiſſent & cōſtitutū:reuerēter fuiſſet amplexi. neq; adeo ob⸗
nixe fuiſſent ſuæ defendendæ ſententiæ addicti:quin cognitę &
dilucidius explicatę veritati manus dediſſent victas. Idcirco ho
nore digno colendi ſunt & in precio habēdi patres antiqui: qui
ſaltē poſteris dederūt occaſionem exactius peruestigādi pręſens
negociū/& deo adiutore veritatē diffiniēdi. At nō eodē ſunt in
loco reponēdi:qui noſtra ætate cōtra determinationē aſſertoriā
concilij/cōtra vniuerſalis eccleſiæ & pręſertim Rhomanę (quę
cęterarū eſt caput & princeps) definitionē: audēt oppoſitū pu⸗
ritati cōceptiōis intemeratæ virginis agitare dogma/tutari/di⸗
uulgare ac in publicū proferre. Viderint ipſi/ ne tam defenſan⸗
dæ veritatis q̄ ſuæ poſitionis cōſtantius æquo ſuſtinēdæ ſtudio:
videātur adeo in eā partē affecti. neue eccleſiā contēnentes ca⸗
tholicā; deo repugnare cenſeātur/ & in ſacrā virginē fera arma
mouere. Nō eni excuſationē habēt aut ſui tēporis/ aut nondū ſa
tis diſcuſſę veritatis: vt habuerūt authores antiqui. Illuxit iāpri
dē & oblata eſt eis ſyncera veritas: illius fulgor eorū oculis eſt
obiectus. ſed obuelatis palpebris luci percipiēdę obnitētes atq;
reluctātes: videnē poti9 ſuas tutari partes velle/q̄ veritatē agni⸗
tā cōplecti. Det ipſis ſenſū deus (ſiqui adhuc eo laborāt vicio) vt
reſipiſcāt ab hac ptinacia: et ad ſaniorē mentē ſuſcepta veritate

Cauillatio⸗
nis ſolutio.

reducant. ❡Triceſimaprima & vltima ratio. Demũ quod õnĩũ eſt potiſſimũ/vniuerſalis Chriſtianorũ eccleſia diem feſtũ cõceptionis ſacratiſſimę virginis ſolẽniter & publice celebrat: ſuoq; ritu legitimo indicit idẽ feſtũ quotãnis ab õni populo honorifice celebrandũ. In quo quidẽ colẽdo die feſto & eius celebratiõẽ indicẽda: nõ cenſenda eſt ipſa tota eccleſia errare/neq; per deuia vagari. Non eni ſineret ſpiritus ſanctus/quo totum eccleſiæ corpus vegetatur/regitur & gubernatur: ipſam in vniuerſum a recto tramite exorbitare. neq; ipſe dulciſſimus eccleſiæ ſponſus: qui promiſit apoſtolis & ipſorũ aſſectatoribus. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus: vſq; ad cõſumationẽ ſæculi. Quin-
Matth. 28.
immo ſecundũ vſum Rhomanæ eccleſiæ (quæ cæterarũ õnĩũ primaria & mater eſt) habentur (vt paulo ante diximus) & obſeruantur octauæ ſolẽnes feſti cõceptionis ſanctiſſimæ virginis Mariæ. quod quidẽ minime foret agendum: ſi originalẽ ſacrata virgo ſuſtinuiſſet infectionẽ. Qz ſi penſiculatius rem ipſam attẽdimus: inuenimus huius ſolennitatis celebrationẽ/ potiſſimum ex pia fideliũ deuotione inductam eſſe/ & magnis adauctã incrementis. Primũ enim apud nullos aut paucos agebatur huiuſmodi ſolẽnitas: multis tunc diſſuadentibus aut improbantibus eius celebrationẽ. Attamen nõ obſtante hac reclamatione: latius ſe paulatim extendit hęc cõmendabilis hominũ in benedictam ſemper virginem affectio. & adeo inualuit/ increbruitq; apud õnes mundi plagas/in quibus inuocatur veri dei nomẽ: vt nulla fere ſit gens/nulla natio/ Chriſti nomĩe inſignita/quę hunc diem feſtũ digno nõ celebret honore. Sed vnde hic queſo totius mundi conſenſus in hanc celebrandã ſolẽnitatẽ eſt inductus: niſi a ſpiritu ſancto/monẽte diuino & tacito illapſu hominum corda ad eam amplectendã/colendam & honorandam? Enimuero in iis quæ ſacra ſcriptura ſubticet/ aut non penitus exprimit/edocuit ſpiritus domini potius illud ſentiendũ: quod ipſi ſcripturæ/diuino honori/& pietati fidei cõformius eſt atq; conſonãtius. quale eſt idipſum quod proponimus: ex tacito hominũ conſenſu & maiori animorũ ad id aſſerendũ propenſione atq; inclinatione/magnã ſumens fidem/credulitatẽ & veri ſimilitudinem. Nos igitur filij/matrẽ noſtrã/eccleſiam ſcilicet ſanctam ſectantes: annitamur prędicare / cõmẽdare atq; extollere puritatem conceptionis glorioſæ virginis/ quã per orbem terrarum tota confitetur eccleſia. vt eius precibus & patrocinio apud deum: a peccatorũ colluuione purgati / mereamur perpetuum illius in cœlis conſortium Amen.

❡Primi libri de puritate conceptionis glorioſæ virginis Mariæ: finis.

¶De puritate conceptionis/ beatæ Marie virginis: liber ſecundus.

¶Ob tolerantiā paſſionū corporaliū/aut remiſſionē peccatorum hominibus neceſſariā: non recte poni in virgine Maria peccatum originale. Cap. I.

SVperiore libro vtcunq; cōprobata eſt intentio noſtra/ & adductis corroborata rationibus/in eam tendentibus ſententiā fulciēdā: q̄ ſacratiſſima virgo Maria in cōceptiōe nō cōtraxit labē originalē. Reliquū eſt pro noſtra pollicitatione: aliorū qui oppoſitā defendūt partē/rationes refellere/īprobare/& diſſoluere. vt poſt vibrata ex noſtris caſtris tela in hoſtes: etiā hoſtilia in nos cōtorta iacula retūdātur/ exindeq; eluceat euidētior & patētior veritas. ¶Itaq; prima aduerſariorū in nos obiectio/cui tāq̄ validę rationi innitūtur: eſt huiuſmodi. Non ſinit dei iuſtitia (quæ cuiq; ſecundū opera diſtribuit retributionis mercedē) pœnā alicui inferri ſine precedente culpa. Sed beata virgo cū hāc in terris vitā ageret/ pertulit varias præſentis vitæ afflictiones: vtpote æſtum frigus/famem/ſitim/ paupertatē/ animi triſtitiā/ grauēq; dolorē. quæ omnia homini ſunt iflicta in pœnā cōtracti originalis peccati. Cōtraxerat igit ipſa in ſuo exortu illius peccati labē: cuius tam multiplices ſenſit pœnas. alias non iuſte cū illa egiſſet deus. ¶Reſponſio. Huiuſmodi dura & acerba huius vitæ incōmoda/ quæ iam enumerata ſunt: pertulit quidē beata virgo. nō vt illi neceſſitate quadā inflicta ī pœnā originalis mali: quo nūq̄ laborauit. ſed ad quādam Chriſti aſſequendā imitationē/ & cōſequendā (vt ita dixerim) Chriſtiformitatē. Perſpexit enī ipſa ſanctiſſima virgo/ filiū ſuū (qui deus erat & homo) pauperiē pati/fame & ſiti interdū cruciari/æſtu reſolui/frigore torqueri: nō ob ꝓpriū peccatū ſed noſtrā ſalutē. quanto magis voluit ipſa/ huiuſmodi excitata exemplo/ſponte & prompte eadē perferre: quo filio ſuo ꝓpinquius aſſimilaretur/euaderetq; cōformior. vt inde etiā iuſtis vberiorem relinqueret cōſolationē / has præſenti vitę familiares & domeſticas calamitates/ erūnas paupertatis/nuditatis & frigoris/æquo animo perferēdas eſſe: ad exercendā virtutē/ad fructū patiētię cōſequendū/ad repromiſſionē æternę beatitudinis obtinendā. cū pſpexerint & Chriſtū dn̄m & ſacratā eius matrē: eaſdem pręſentis vitæ moleſtias prompte & alacriter ſuſtinuiſſe. Siquidē id militi multū adijcit animi ad obeūda belli pericula/ ad iuadēdos hoſtes/& caput ſuū periculis obijciendū: ſi cōſpexerit regē ſuū aut ducē exercitus iter primos ferri in hoſtē/ani

Quare beata virgo p̄tulit erūnas huius vitę.

moſe cum illo manū cōferere/ōnîaqȝ belli munia intrepide atqȝ impigre exercere. Nō itaqȝ ex obligatiōe peccati Adę/aut cōdēnatione ī humanā poſteritatē irrogata: ꝑpeſſa eſt ſacrata virgo ſupradictas huius trāſitorię breuiſqȝ vitę incōmoditates. Si enī id cōſtāter aduerſarij cōtenderēt/eā ob cauſā factū eſſe: cōſimili penitus ratione & argumētationis ſchemate cogerētur fateri/& Chriſtū originali culpę fuiſſe obnoxiū: quia hæc eadē cū nobiſcū diuerſaretī in terris/pati dignatus eſt. Sed digniſſima dei mater horū ſpōtanea toleratiōe: ꝗproxīe potuit/Chriſtiformis euadere ſtuduit: in qua ſane Chriſtiformitate cōſiſtit humanę pfectiōis ſūma. Perfectus enī erit oīs: ſi ſit ſicut magiſter eiꝰ/quēadmodū dicit ſermo euāgelicus. qui & alias ſępius ad dei ī virtutibus & bonis opibꝰ imitationē: nos exhortaī. Eſtote (īquit) miſericordes: ſicut & pater veſter miſericors eſt. et Paulus ad Epheſios ſcribēs: eſtote (ait) imitatores Chriſti. Quocirca iſtarū pſentis vitę afflictionū ꝑpeſſionē a gl'oſa dei matre: nō trahere debemus in argumētū inquinatiōis ſuæ cōceptionis. quipotius in maiorē ipſius cōmēdationē/ cumulatioremqȝ laudis materiā vertere: ꝙ ipſa quæ tāta enituit puritate/tāto effulſit dignitatis ſplēdore & ſublimitate pfectionis/nō dedignata eſt hęc noſtri generis īfirma pferre: quo reliqueret nobis exēplū vt ſequamur veſtigia eius. ❡Secūda obiectio. Omni homini neceſſaria eſt remiſſio peccatorū per Chriſtū: qui tollit peccata mūdi. cū dicat Auguſtinus. ꝙ ōnis homo ex cōcupiſcētia generatus: regenerari generaliter habet/vt ſibi peccatū remittaī. eſt igiī & illa (iquiūt) beatę virgini neceſſaria. Nullus autē idiget peccatorū remiſſione: niſi peccatū habeat aut habuerit/quod remittaī. ſicut nullꝰ lotione idiget: niſi cōtraxerit ſordē quæ abluaī. Fuit igiī in beata virgine: peccatū aliquod remittendū. Illud autē (vt cōcedunt oēs) nō fuit actuale: aut propria volūtate cōtractū. Ponēda eſt igitur in ipa fuiſſe macula originalis: cuius aſſecuta eſt remiſſionē. ❡Reſpōſio. Quę primo loco adduciī propoſitio: itelligēda ſolū eſt de ijs qui peccatū cōtraxerūt. vt hic ſit eius ſenſus. ōni homini peccati labe īquinato: neceſſaria eſt peccatorū remiſſio. Sed quoniā pauci admodū in tota hominū vniuerſitate cōperiūtur: qui peccatū nō admiſerint (excipiūtur enī ab hac peccātia/ ſolū dn̄s noſter IHESVS Chriſtus: & bn̄dicta eius mater Maria) idcirco ab authoribus multitudo hominū qui remiſſione indigēt: vniuerſaliter & generatī enūciaī. ſecūdū illud loquēdi genꝰ & ſchema/quo quod pene cūcti fecerūt: ōnes fециſſe dicūī. vt apud Marcū de beato Ioāne baptiſta legimꝰ: ꝙ egrediebatur ad eū ōnis Iudeę regio/& Hieroſolymitæ vniuerſi. cū tamē ꝑſpicuū ſit/nōnullos ex Iudea & Hieroſolymis: nō fuiſſe ad eum egreſſos. vt phariſęos illos & legiſperitos/ de quibus dicit

Marginal notes: Lucę. 6. — Ibidem. — Ephe. 5. — 2 — Auguſtinꝰ — Marci. 1.

Lucas: ꝙ cõſiliũ dei ſpreuerũt in ſemetipſos/ nõ baptiſati a Ioã- Luc̨e. 7.
ne. Cũ itaq; ĩ beata virgine nullũ fuerit peccatũ quo offendi po
tuerit deus/ aut ipſa ad pœnã obligari: dilucidũ eſt eam nequaꝗ̃
ſub vniuerſali ꝓpoſitione data cõprehẽdi/ vt neq; Chriſtũ eius Qꝫ beata
filium. neq; eã peccatorũ ĩdiguiſſe remiſſione: ſed illius loco/ ha virgo nõ ĩ-
buiſſe quiddã preſtãtius a deo/ ſcilicet p̃ſeruationẽ ab õni genere diguit re-
peccati/ & puritatẽ nulla iniquitatis labe maculatã. ad quã qui- miſſione
dem habendã & cõſeruandã: diuino indigebat preſidio/ & ne- peccatorũ.
ceſſaria illi erat cœleſtis gratiæ opitulatio. Queadmodũ oculo
prius in tenebris detẽto: neceſſaria eſt tenebrarũ per luminis be
neficium depulſio. ei vero qui nũꝗ̃ tenebris eſt offuſus/ ſed luci
do ſoli iugiter intẽtus: nõ eſt applicãda eliminatio tenebrarũ/
ſed neceſſaria illi potius eſt ꝑpetua lucis infuſio/ & per corporis
lucidi p̃ſentiã cõſeruatio. Sic qui ſordibus prius eſt obſitus: idi-
get quidẽ lotione purgatoria. qui vero õnino mũdus eſt: quid a-
quã expoſcet ad depurgationẽ/ cum nichil habeat purgandũ?

¶Qꝫ propagatio beate virginis ex maritali cõſortio/ & mors
eius corporalis: nõ arguũt in ea maculã originis. Cap. II.

3 TErtia aduerſariorũ obiectio. Quecũq; ꝓles ex nuptia
li cõiugũ gignitur cõgreſſu & per legẽ cõcupiſcẽtiæ:
cõtrahit peccatũ originale. Atqui beata virgo Maria
cõcepta eſt ex cõiugali ſuorũ parentũ cõmercio. Igiť
fuit ĩ ipſa cõceptiõe/ illi labi obnoxia. Maiorẽ ꝓbant per Augu
ſtinũ dicẽtẽ libro quarto cõtra Iulianũ. Ego beati Ambroſij ex- Auguſtin9
preſſã ſẽtẽtiã tibi oppoſui/ qua dicit Chriſtũ nõ aliter expertẽ eſſe
potuiſſe delicti: niſi exps fuiſſet illi9 cõceptiõis/ quã cõmixtio vi-
ri & mulieris opať. ¶Reſpõſio. Prima ꝓpoſitio aſſũpta locũ ha
bet et veritatẽ: quãdo huiuſmodi ꝓlis cõceptio nõ p̃ueniť p diui
nã bñdictionẽ/ ne quicꝗ̃ ĩquinatũ in eã ĩcurrat. queadmodũ vſu Nõ õnẽ ꝓlẽ
venit fere ĩ õniũ hoĩm exortu. Si vero preoccupať cõceptio ꝓlis ex nuptijs
& anticipať a bñdictiõe dei/ etiã anteꝗ̃ ſoboles cõcipiať: nõ ha- cõceptã pec
bet ibi regnũ ſuũ caro peccati / neq; labes originis illũ ĩficit ex- cato ſubijci
ortũ. Nẽpe ĩfirmitas iſta carnis & primeua lues: habet ſuã radi
cẽ ex maledictiõe ĩflicta Adę. ergo ex oppoſito/ ſanitas & puritas
carnis imunitaſq; a peccato: ꝓueniet ex bñdictione dei/ p̃cipua
& ſingulari gratia cõcurrẽte ad cõceptũ. Si igiť maledictio irro
gata primis parẽtibus efficit/ vt quicũq; per ꝓpaginẽ carnis ex
ipſis naſcũť/ cõtrahãt ĩfirmitatẽ illã carnis/ & carnẽ peccati: po-
tiori iure bñdictio dei p̃ueniẽs cõceptũ/ ĩducet carni ſanitatẽ &
ĩtegritatẽ. Eſt eni efficacior dei bñdictio ad tollendũ peccatũ: ꝗ̃
maledictio ad inferẽdũ. Beata autẽ virgo Maria: filia fuit bene-
dictionis/ & terra a deo bñdicta/ neq; ſubiecta illi ſententiæ di-
uinæ ad Adam. Maledicta terra in opere tuo. quemadmo- Gene. 3
dum in primi libri decimaquarta ratione amplius eſt oſtenſum.

Quis igitur ex immaculato ſanctorū parentum ſuorum thoro connubiali concedatur ipſa eſſe progenita: non tamen cōtraxit carnem peccati neq̧ infirmitatē aliquā / quā fomitē vocāt. quia a deo anteq̄ cōciperetur: preuenta eſt in benedictiōibus dulce- dinis. Porro quod in huius obiectionis dilutione nunc adductū eſt: haud difficile poteſt ex ſanctorū patrū ſentētia ſic pſuaderi.

Auguſtinꝰ Nam ſecundū Auguſtinū in libro de nuptijs & cōcupiſcentia: cōtingit cōgreſſum matrimonialē interdū ſine omni culpa tam mortali q̄ veniali exerceri: potiſſimū vbi recta ratione determi- natus eſt & definitus in ijs qui caſtum ſeruant thorū ad prolis propagationē / vbi locū nō habet effrenis impetus in libidinē: ſed ratio ſeruans moderationē. At ſacroſanctæ virginis Marię parentes Ioachim & Anna: iuſti erant apud deū / & eorum vita

Hierony- mus. apud homines irreprehēſibilis / quēadmodū ſcribit beatus Hie ronymus in libello de ortu & natiuitate beatæ Mariæ virginis / & iam viginti annos ſine prole cōiugium caſtum obſeruarant. Ergo ad concipiendā hanc ſanctā ſobolē / vtriq̧ eorū cœlitus ab angelo denunciatam: credendi ſunt cum cōiugali caſtitate / & ſine effrenata (quæ culpā inferat gignentibus) libidine ſe di- ſpoſuiſſe / ad cōſequendū ſcilicet cōiugij fructū diuinitus promiſ ſum: nō autem ob aliā quāuis cauſam / quæ poſſet ipſis ingerere noxam. Concurrēte igitur diuinæ benedictionis gratia ad pro- lis cōcipiendę puritatē: quid incredibile eſt ex tam ſanctis parē- tibus adiutrice dei pręſeruatione conceptā eſſe ſanctā prolem /

Auguſtinꝰ ſine labe peccati originalis? Rurſum beatus Auguſtinus ī libro de fide ad Petrū dicit: ꝙ peccatū in paruulos nō trāſmittit pro- pago ſed libido parentū. nec fœcūditas humanæ naturæ facit homines cū peccato naſci: ſed fœditas libidinis / quā homines habent ex illius primi iuſtiſſima condēnatione peccati. Ergo ex oppoſito ratione deducēdo / vbi ſola eſt propago & nō libido pa rentū: nō tranſmittit originale peccatū. At in parētibus ſanctis ſacræ virginis / piū eſt credere propaginē fuiſſe & non libidinē / ſaltē imputabilē ad culpā: propter gratiā dei ſpecialiter præue- nientē / propter ſanctitatē vitæ ipſorū / & promiſſionē prolis di- uino oraculo ipſis anteq̄ cōciperetur factā. Igitur nō tranſmit- tebatur in prolē ipſam (cū cōciperetur) noxa originalis: ꝑcipue obſtaculū illi pręſtāte diuina pręuētione. ¶ Quarta aduerſario 4 rū obiectio. Mors corporalis inducta eſt humano generi in pœ- nā peccati originalis / cū inter cęteras maledictiones dictū eſt

Gene. 3. Adæ pro ſe & tota ſua poſteritate. Donec reuertaris in terrā de qua ſūptus es: quia puluis es / & in puluerē reuerteris. Atqui ſa- croſācta virgo Maria mortē ſubijt tēporalē: vt canit eccl'ia. igit̄ & labē incurrit originis. Alioqui iniuſtus fuiſſet deus: pœnā irro- gās virgini Marię ſine culpa. ¶ Reſpōſio. In ijs qui ex obliga-

tiōe Adę moriūī & cōdēnatiōe hūani generis ī primis parētib⁹: mors vt pœna eſt cōſequēs originalis culpæ noxam. nō autē in iis qui indebitam ſubeunt mortem: ad aliorum redemptionem/ aut piam Chriſti imitationem. Siquidem mortuus eſt Chriſt⁹/ qui omnium conſenſu peccatum originis non habuit: ſed ad noſtram viuificationē atq; ſalutem. Sic & beata virgo Maria mortua eſt/ non quidem ex obligatione Adę aut condemnatione: ſed ad ſacram Chriſti imitationem atq; conformitatē. vt in obeunda morte eſſet Chriſtiformis: & ex mortuis ſuſcitato cōreſurgeret. quemadmodum eo ipſo ꝙ in paſſionibus huius vitę tolerādis/ dolore/ anxietate/ famæ/ frigore/ eidem aſſimilata eſt: nūc cōſolatione participat. dicente de nobis apoſtolo: ꝙ ſi ſuſtinebimus/ & conregnabimus. Quare non recte ex morte corporali dignissimæ virginis: conficiunt ipſam habuiſſe primeuā labem & morbum originis. ¶ Poteſt & altera ſupradictę obiectioni adhiberi diſſolutio/ mortuam eſſe ſacroſanctā virginem non in pœnam veteris peccati ex origine contracti: ſed ex propria naturę humanę cōditione. Cum enim corpus hominis componatur ex elementis mutuam in ſe actionem continue habentibus: natum eſt ſuapte natura tandem diſſolui. Et ſi perſtitiſſent primi parentes in ſua innocentia: fuiſſet eorum corpus immortale/ non quidem natura ſed gratia/ & propter eſum ligni vitæ/ aliosq; cibos ſalutares: qui conſeruaſſent ipſorum corpora in illeſa integritate atq; incolumitate. Atqui beata virgo Maria cum diuerſaretur ī terra: non veſcebatur huiuſmodi cibis quibus in paradiſo voluptatis enutriti fuiſſent primi parentes. ſed communibus nobis: et inducentibus alteratione corpori nutrito. Quid mirum igitur ꝙ mortua fuerit/ non ex peccati condemnatione ſed ex naturæ cōditione? Quemadmodū multorum non contemnēdę authoritatis patrum eſt ſententia/ Chriſtum dominum noſtrū ſi mortem violente a Iudęis irrogatam paſſus non fuiſſet ad noſtram redemptionem: naturali tādem morte ex hac vita fuiſſe migraturum/ non ex obligatione peccati qua teneretur: ſed ex naturę conditione ex cōtrariis compoſitę/ & tandem interitum perſenſurę. Vnūquodq; enim natura reſoluitur in ea: ex quibus cōponitur. Fuit itaq; in beata virgine hęc vnica moriendi cauſa: ſcilicet naturę conditio non præſeruatę per diuinam gratiam ab hoc caſu/ ſicut fuiſſent primi parentes in ſuę innocentiæ integritate. quod ſatis innuit eccleſia catholica: in eiuſdem glorioſa aſſumptione ita deū exorans. Subueniat domine plebi tuę dei genitricis oratio. quam etſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus: ī cœleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiam⁹. Quēadmodum & de domino noſtro ſentit Nicolaus Lyrenſis: exponens illud verbum apoſtoli ad Hebræos nono cap. Sic et Chri-

Quare beata virgo mortem ſubiit.

2. Timo: 2.

Hebræ. 9.

ſtus ſemel oblatus eſt. ſemel inquit oblatus eſt in cruce: non ex conditione peccati originalis/quod nō cōtraxit/ſed ex cōditiōe mortalis naturæ: quā voluntarie aſſūpſit. vbi aſſerit Chriſtū ex cōditione humanę naturę: fuiſſe mortalem. In nobis vero duplex eſt moriendi cauſa: naturę ſcilicet conditio / & obligatio peccati in conceptu contracti. quare longe diſtrictius et amplius ſumus corporali morti obnoxij: q̄ fuerit ſacroſancta virgo.

¶ Ex eo ꝙ Chriſtus omniū hominū fuit redēptor & mediator: non concludi originale peccatū in virgine Maria. CAP. III. 5

QVinta aduerſariorū obiectio. Chriſtus ōniū hominū redēptor eſt: queadmodū ſcribit apoſtolꝰ
1.Timo.2. ad Timotheū. Vnus eſt mediator dei & hominū/homo Chriſtus Iheſus: qui dedit ſemetipſū redēptionē pro omnibus. Nō fit autē redēptio: niſi a malo preterito in quod incidit is qui redimitur. Cū itaq; beata virgo Maria ſit redempta a domio: habuit labē aliquā peccati a qua redimeretur. alias nō neceſſaria fuiſſet illi redemptio. ¶ Reſponſio. queadmodū ex viceſima quīta ratione primi libri conſtat: duplex eſt redēptionis ratio. vna eſt: a malo quod quis prius incurrit liberatio. ſecundū quā/quicūq; in ſeruitute peccati et captiuitate demonis fuerūt: redēpti ſunt a Chriſto/qui redemit Iſ-
Pſal.129. rael ex omnibus iniquitatibus eius. Altera vero eſt: a malo imminente ne quis in illud incidat preſeruatio. ſecundū quā/Chriſtus redemit beatam virginē: quia cuſtodiuit eam in conceptu mūdā/ne ſordidaretur peccato. Vt autē aliquis hoc ſecūdo genere redimatur: non oportet in eo anteceſſiſſe maculā peccati
Pſal.30. aut aliud quiduis mali/ a quo fiat redēptio. Eniuero Chriſtus patrem orans in pſalmo dicit. Redemiſti me domine deus veritatis. redemiſti inquā: id eſt ab omni peccato immunē me p̄ſeruaſti. In cōpluribus etiā alijs pſalmorū locis: Chriſtus cœleſtē patrē vocat ſuū adiutorē & ſuū redēptorē. & tamē omnium cōfeſſione/nulla fuit in Chriſto peccati macula: a qua debuerit redimi. Inſuper propheta cōmemorās diuina beneficia i ſe collata/& exinde animā ſuā incitans ad benedicendū deo: dicit.
Pſal.102. Qui redimit de interitu vitā tuā. quod vt veritatē habeat/ an neceſſariū eſt vitā interijſſe et deinde reuocatā eſſe per reſuſcitationē: vt dicatur redēpta ab interitu? ſufficit ne quæſo: vitam ipſam a deo/ne interiret/eſſe præſeruatā? Certe ſi quēpiam morti propinquū deus reducat ad priſtinā ſanitatē: redemit ab interitu vitam eius. Ita ſi regem infenſum et inſtructo exercitu ꝓficiſcentē ad alicuius vrbis obſidionem/ amicus regis placaret

ſuis precibus/impetraretq; gratiam ciuibus vrbis ne obſideret aut excideretur: is verius redemit vrbem ab excidio aut ab hoſtibus/q̃ qui captam iam vrbem et occupatam ab hoſtili exercitu:erueret de manu hoſtium/ reſtitueretq; priſtinę libertati. Manifeſtũ eſt igitur et Chriſtũ fuiſſe ſacrę virginis redẽptorẽ/ haud minus atq; noſtrum. & tamen in ipſa nequaq̃ idcirco debuiſſe eſſe aliquid culpę:a qua authore Chriſto redimi dicetur.

6 ¶ Sexta obiectio. Chriſtus omnium hominum mediator eſt:quemadmodum dicit ſcriptura paulo ante adducta. Vnus eſt mediator dei & hominum:homo Chriſtus Iheſus. quare & beatę virginis mediator eſſe admittẽd⁹ eſt. Atqui non eſt mediator niſi inter eos:qui per peccatum aut reatum peccati diſtabant prius a deo / & per ipſum tanq̃ medium reducti ſunt ad deum. Fuit igitur in beata virgine originalis noxa/ reatuſq;:per quem a deo erat elongata/& per mediatorem Chriſtum ad deum adducta. 1.Timo.2.

¶ Reſponſio. Non eadem ratione ſpeciali:Chriſtus eſt mediator noſter/& ſacroſanctæ virginis. Noſter enim mediator eſt:quia elongatos a deo patre nobis merito infenſo reuocauit in gratiã patris/adduxit ad eũ/& vt põtifex poſtulat aſſidue pro nobis. Et hæc mediatoris ratio exigit elongationem per peccati interſtitium:inter eos quorum eſt mediator et ipſum deum. Sacroſanctę vero virginis mediator eſt:quia ipſam dignitate naturę inferiorem/ et humanam ſolum naturam habentem/ipſe deus & homo ſubuexit ad deum patrem ſola deitate ſublimem: tanq̃ medium/ vtriuſq; extremi aliquid ſortitum:inferius extremum hominem ſolum/ prouehens ad extremum ſuperius & ſolum deum. Conteſtatur enim ipſe in euangelio. Nemo venit ad patrem:niſi per me. & idcirco ſe viam appellare dignatus eſt. Sane hæc mediatoris ratio/nõ exigit extremi inferioris a ſuperiori diſtantiã per peccatũ:ſed duntaxat per naturæ diuerſitatem & diſcrepantiã. Qȥ ſi humanis vti libet exẽplis:ſi quis infimę ſortis vir regem/quem nunq̃ offendit/ vult accedere/quippiam ab eo poſtulaturus: quia non pateret illi aditus ad regiam maieſtatem/ſine intermedio/quęrit aliquem ex proceribus regni/ familiarem regi & amicum/ facilemq; habentem acceſſum ad regiam maieſtatẽ. cuius ductu perueniat ad cõſpectum regis: atq; impetret quod animo conſtituit expoſcere. tunc aulicus ille et domeſticus regis: mediator eſt inter ipſum tenuis fortunæ virum & regem/ extrema ipſa quodam nexu coniungens/ & regis gratiam alteri concilians. et tamen nullo crimine offenſus eſt rex ab illo obſcuri nominis viro:qui ad ipſum per intermediũ habuit acceſſum. Sic & Moſes mediator fuit inter populum Iſraeliticũ & deũ/non ſolum ratione illorũ qui grauibus peccatis deũ ad

Quomodo Chriſt⁹ eſt mediator beatæ virginis.

Ioan.14.

Exodi. 32. iracundiã prouocauerãt:vt vituli conflatilis adoratione/ cõcu-
piſcentia carniũ/ obmurmuratione/ fornicatione / & cæteris.&
idcirco indigebant patrocinio Moſi ac deprecatione: ad deum
placandum. Verum etiam ratione aliorum mediator fuit Mo-
ſes:qui hiſce ſceleribus deum nõ offenderant.quales fuerũt Io-
ſue/Caleph/& nõnulli alij:quibus per legiſlationẽ/etiã media-
toris officiũ exhibuit.Itaq; nobis peccato obnoxijs duplici ra-
tiõe mediator fuit Chriſtus:vtpote ob reductionẽ ad deũ ꝑ pla-
cationẽ irę ei9/atq; ꝓpter naturę ad nos & deũ cõformitatẽ.qua
imũ ad ſũmũ reuocatũ eſt/ꝑ mediũ vtriq; extremo natura cõfor
me: homo ſcilicet ad deũ/ꝑ Chriſtũ deũ & hoiem. Sacratiſſimę
autem virgini Marię matri ſuæ/ſolũ hoc ſecũdo modo fuit me-
diator:per reductionẽ ſcilicet imi ad ſummum/ipſius medij in-
terſtitio:atq; ipſius gratię/a ſummo in imũ per mediũ diffuſio-
nẽ.Nã et digniſſima virgo Maria:ãpliſſima gratiarũ munera a
Ioan.1. deo patre per Chriſtũ accepit.De plenitudine enĩ eius nos om-
nes accepimus:gratiam pro gratia/queẽadmodũ ait Ioannes.et
gratia & veritas per Iheſũ Chriſtũ facta eſt/profluxitq; ab ipſo
vt capite in ſacratã virginẽ: tanq̃ inſigne corporis myſtici mẽ-
brũ.Non tamen protinus conceſſerim: Chriſtũ perfectius fuiſ-
ſe noſtrũ mediatorẽ/q̃ beatę virginis.nã prima mediationis ra-
tio ſonat imperfectionẽ eorũ q̃ hoc modo indigent mediatore. Et
reuera argumentum maioris eſt perfectionis & pręſtantię in ſu
perbenedicta virgine:ꝙ huiuſce primi generis mediatore op9
illi non fuerit.

¶Ex eo ꝙ Chriſtus pro glorioſa virgine mortuus ſit/ipſiuſq;
iuſtificator dicatur/ non autem reconciliator:non ſumi recte ar
gumentũ/conceptionem eius maculatam fuiſſe. CAP.IIII.

Septima aduerſariorum obiectio. Chriſtus pro 7
toti9 humani generis ſalute mortu9 eſt.queãd
2 Corin.5. modũ ſcribit apoſtolus ad Corithios:ꝙ Chri-
ſtus pro omnibus mortuus eſt. Igitur & pro ſa
cratiſſima virgine Maria itidem mortuus eſt.
cum ipſa:omnium appellatione continetur.
Atqui non eſt mortuus Chriſtus niſi ꝓ pec-
catoribus et mortuis ſpiritu: vt eos ad vitã re-
Rhoma.6. uocaret. Scribit enĩ apoſtolus ad Rhomanos. Cõmendat deus
charitatem ſuam in nobis/quoniã cum adhuc peccatores eſſe-
mus:Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Fuit igitur in ſacroſãcta
virgine peccati originalis labes:a qua per Chriſti mortẽ viuifi
caretur. ¶Reſponſio.Admiſſa propoſitione prima/nõ eſt ſecun
do loco aſſũpta oĩquaq; tribuẽda: quoniã nõ cõplectiť oĩmodã
ꝓcioſæ mortis Chriſti rationem/neq; inſinuat apte alio modo
pro nobis mortuũ Chriſtũ/& ꝓ beatiſſima virgine. Siqdẽ mor

tu9 eſt ꝓ nobis Chriſt9: vt noſipſos ęternę morti p peccatū ad-
dictos ſua morte reuocaret ad vitā/ morteq; noſtrā moriendo
deſtrueret: vt oraculo prophetico prænunciatum fuerat. Ero Oſee. 1
mors tua O mors. At non ea ratione/ ꝓ ſacrata virgine mor-
tuus eſt: quandoquidem in ipſa ne minimo quidē temporis mo
mento vnq̄ fuit mors peccati, ſed vt ipſam/ ſacramentorū noui
teſtamenti (quod ex morte Chriſti ratum factum eſt et firmum)
participem redderet & conſortem. Siquidem ſcribit apoſtolus
ad Hebręos. Vbi teſtamentum eſt: mors neceſſe eſt intercedat Hebrę. 9.
teſtatoris. teſtamentum enim in mortuis cōfirmatum eſt. alio-
qui nōdum valet: dum viuit qui teſtatus eſt. Itaq; ſi pro ſua be
nedicta matre mortu9 nō fuiſſet Chriſtus: nequaq̄ ipſa pertinu-
iſſet ad noui teſtamēti gratiā/ neq; illi fuiſſet inſerta/ aut ſacra-
mentorū ipſius participatione ſortita. Teſtatur enim Paulus ad
Rhomanos. quicunq; baptiſati ſumus in Chriſto Iheſu: in mor Rhoma. 6
te ipſius baptiſati ſumus. conſepulti enim ſumus in illo/ per ba-
ptiſmum in mortem. Huiuſmodi itaq; baptiſmalis lauachri
exors fuiſſet ſacra virgo: et auguſtiſſimę cōmunionis ſanctorum Quare pro
myſteriorum corporis & ſanguinis domini prorſus expers/ cæ- beata vir-
terorumq; nouæ legis ſacramētorum/ vt Chriſto inſeramur cō- gīe mortu9
ducentium/ niſi etiam pro ipſa mortuus eſſet Chriſtus. quādo- eſt Chriſt9
quidem omnia nouæ legis ſacramenta/ a viuifica Chriſti mor-
te ſuam pręcipuam ſumpſerunt efficaciam: & pleraq; eorum/ ad
cōmemorationem eiuſdem precioſę mortis ſunt inſtituta. Quo-
tieſcunq; enim (vt ſcribit Paulus ad Corinthios) manducabitis 1 Corin. 11.
panem hunc & calicem bibetis: mortē domini annūciabitis do
nec veniat. Ne igitur beatiſſima virgo ſemper eſſet ſub vmbra
veteris legis atq; teſtamenti/ ſed clara luce noui perfunderetur
& euangelicę legis choruſcatione: mortuus eſt etiam pro ea
Chriſtus. quandoquidem ſolum per ſuam mortem potuerit (vt
dictum eſt) nouum confirmari teſtamentum: & effuſione ſāgui-
nis eius corroborari. ❡ Sed inſtabis. Si beata virgo Maria nul-
lam habuit peccati labem: quid opus illi erat aut baptiſmi la- Obiectiōis
uachro/ aut ſuſceptione ſacramenti euchariſtię/ aut reliquis in diſſolutio.
peccati remedium inſtitutis? ❡ Verum prompta eſt reſpōſio/ no
bis qui graui peccatorum morbo laboramus: neceſſaria eſſe no
ui teſtamenti ſacramenta ad abſterſionem peccatorum. At nō
eandē ob cauſam beatæ virgini: ſed vt arctius deo vniret atq;
insereretur. Nō enī ſolū peccatorum labem abradunt ſacramen-
ta: ſed & ſtrictius coniungunt nos deo/ illiuſq; nobis præſtant
cōmunionem atq; intimū cōſortiū. quod ſecundum: beata vir-
go per ſacramentorum nouæ legis participatione eſt cōſecuta.
Siquidem & Chriſtus baptiſatus eſt/ & incontaminatorum cor-
poris & ſanguinis ſui myſteriorum (vt omnes fere ſentiunt) fa-

ctus eſt particeps.et pœnitentiam egit:vt noſtram conſecraret
pœnitentiam.& peccata confeſſus eſt non ſua ſed noſtra: vt ad
peccatorū cōfeſſionē ſuo ſanctificatam exemplo nos induceret.
& tamen nulla in eo fuit peccati eluuies:abſtergenda per hanc
ſanctam ſacramentorum participationem. ¶Octaua obiectio. 8
Omnes homines in ſanguine Chriſti iuſtificati dicuntur & recō
ciliati:niſi per eos ſteterit/tantū beneficiū negligētes aut contē
nentes. Scribit enim apoſtolus ad Rhomanos/ꝙ omnes pecca
Roma.3. uerunt & egent gloria dei: iuſtificati gratis per gratiam Iheſu
Chriſti.Fuit igitur & beata virgo:in ſanguine Chriſti iuſtifica=
ta atq; reconciliata.ſed iuſtificatio præſupponit antecedentem
iniuſtitiā ipſius iuſtificandi:a qua liberetur.& reconciliatio cū
deo:inſinuat præcedentes fuiſſe inimicitias inter eū qui recon=
ciliatur/& ipſum deū offenſū per peccatum.Fuit igitur prius in
beata virgine aliqua labes peccati: a qua iuſtificaretur/ & pro=
pter quā egeret reconciliatione.¶Reſpōſio.Si iuſtificatus dica
Quomodo beata virgo dicitur iuſtificata. tur ille/qui poſt cōtractā aut cōmiſſā iniuſtitiā purgatur ab illa
& fit iuſtus:nequaq̄ dādū eſt/beatā virginē Mariā eſſe iuſtifica=
tā.quoniā nunq̄ in ipſa:iiuſtitia aut iīquitas locū habuit.Si ve=
ro iuſtificatus dicit̄/qui a principio iuſtus eſt creatus:& ne pro=
laberetur in iniuſtitiā/gratuito dei dono eſt præſeruatus: haud
abſurdum eſt admittere/ beatā virginē fuiſſe in ipſo ſui conce=
ptus exordio iuſtificatā/ſicut & ſanctificatā.verū hæc iuſtifica=
tio nō arguit præfuiſſe peccatū in eo qui hoc pacto iuſtificatur:
quinpotius omnē excludit culpā/cū ponat iuſtificationē ꝓueniſ
ſe culpā.Nō fuit igit̄ ſacroſancta virgo p ſanguinē Chriſti ablu
ta ab iniuſtitia/ſicut nos:ſed multo pręſtantius dei donū acce=
pit/ſcilicet perpetuā iuſtificationē p iiuſtitiæ carētiā atq; abſen=
tiam/iuſtitiæq; aſſiduā in ſeipſa rectitudinē.Nec queq̄ moueat
vniuerſalis illa ꝓpoſitio ex Paulo adducta: oēs hoies peccato
ſubijciēs.quoniā vt prius dictū eſt/& poſterius itidē amplius di=
cet̄:illæ ꝓpoſitiones vniuerſales ſimilis generis/acciplēdæ ſunt
Qꝫ beata virgo nō dicēda eſt deo reconciliata. de nō exēptis ſpeciali dei priuilegio/ſed cōmuni cōdēnatiōis hu
manę legi ſubiectis.& ergo nō cōplectunt̄ in ſuo āmbitu ſacroſan
ctā virginē:a deo ab hac obligatiōe Adę & lege peccati peculi=
ariter ac ſingulariter exceptā. ¶Qꝫ autē ſecūdo loco cōficere ni
tit̄ pſens obiectio/recōciliatā eſſe beatā virginē deo: nequaq̄ eſt
tribuēdū.Nā recōciliatio(ſi ꝓpriā eius rationē attendimus)eſt
poſt dei offenſionē per peccatū:in gratiā ipſius iā placati/reditꝰ
atq; reuerſio.quare præexigit præcedentem dei offenſam in eo
ipſo qui reconciliatur:& deinde per recōciliantē/ in gratiā ipſiꝰ
reuocatio atq; reductio.Atqui in ſacroſācta virgine Maria nūq̄
fuit peccatū:quo offēderet̄ deus. quare neq; poſt ꝓuaricationē:
ipſius in dei gratiā reductio.nō fuit igit̄ ipſa vnq̄ deo recōcilia=

ta. Quod ſane ad eius nõ pertinet ignominiã atq; depreſſionẽ: ſed ingentiorẽ gloriã p̃dicandã atq; clariorẽ cõmendationem/ ꝙ ita fuerit deo ſemper amica & gratia coniuncta: vt nunq̃ recõciliatione indiguerit. Si enĩ duos dederis eiuſdẽ patris filios/vnũ qui ꝑ trãſgreſſionẽ pręcepti paterni offẽdit benignũ & optimũ patrẽ: poſtea tamẽ amicorũ patrocinio i patris gratiã eſt denuo receptus. Alterũ vero/qui nunq̃ mãdata patris eſt pręuaricat⁹: ſed ſemper illi obtẽperãs atq; amore coniũctiſſim⁹. An id vicio dabis huic ſecundo filio: ꝙ patri reconciliatus non ſit/ſed ſemper ab eo dilectus? Cẽlebiſne hũc ſecũdũ iure p̃ferẽdũ primo: q reconciliatione indiguit/ vt rediret in gratiam patris? Reconciliatio igitur/imperfectionẽ poti⁹ quãdã notat: ob p̃cedẽtẽ offẽſionẽ. Quã ſane imperfectionẽ ab ea virgine glorioſa quę perfectiſſima eſt tollentes: dicimus ꝙ ipſa nõ eſt recõciliata deo/ſed ꝑpetuo in gratia cõſeruata. nã id ſecũdũ/lõge digni⁹ eſt q̃ primũ. Neq; Chriſt⁹ fuit ipſius recõciliator: ſed ꝑpetu⁹ ĩ gratia atq; iuſtitia cõſeruator /a qua nunq̃ paſſus eſt eã excidere. Ipſi igitur ob tantã gratiæ in ſanctiſſima virgine munificentiã: ſit honor/ benedictio/& gloria in ſempiterna ſecula. Amen.

¶Ex eo ꝙ Chriſt⁹ dicitur reparator/liberator et ſaluator hũani generis: nõ colligi maculã i cõceptione virginis. CAP. V.

9 NOna aduerſariorum obiectio. Chriſtus aſſumpſit humanã carnẽ ad reparationem & liberationẽ õniũ hominũ. cum dicat Leo papa in ſermone de natiuitate domini, dominus noſter peccati mortiſq; deſtructor/ſicut neminẽ a reatu liberũ repperit: ita pro oĩb⁹ liberãdis venit. Et beatus Ioannes in prima ſua epiſtola dicit. ꝙ Chriſt⁹ eſt propiciatio pro peccatis noſtris/ non pro noſtris autem tantum: ſed etiã pro toti⁹ mundi. Venit igitur Chriſtus in hunc mundum: ad reparationem etiam et liberationem ſanctiſſimę virginis Marię. At reparatio dicit lapſũ præcedentem/ & liberatio: ſeruitutem peccati a qua quis liberetur. Igitur in ſacra virgine fuit prolapſio in peccatum: a quo reparata eſt et liberata. ¶Reſponſio. Non apta fit in hac ratione aſſumptio ſecundę propoſitionis ex prima. Nam prima ꝓpoſitio aſſumpta/intelligenda eſt de iis hominibus ſolum: qui prolapſi ſunt in malum/propter quod tollendũ indigẽt reparatiõe. & iis itidẽ: qui ſubiecti ſunt ſeruituti peccati/ a qua debeãt liberari. In ſecunda autem propoſitione ſumitur beata virgo: tanq̃ cõtẽta ſub primę propoſitionis vniuerſalitate & generali ambitu/ſicut & nos. cum tamẽ ſpeciali dei gratia ſit excluſa ab indigentia reparationis/ & liberationis a peccato cõmiſſo. Quocirca ingenue confitendũ eſt/ ꝙ Chriſtus non aſſumpſit

Leo papa.

1. Ioan. 2.

humanā carnem ad reparationem & liberationem beatæ virgi
nis:ſicut neq; ad ſuiipſius reparationem/ aut liberationē a ma=
Obiectiōis ſolutio.
lo. ¶Sed ſubnectes ilico. Non profuit ergo ſacratæ virgini in=
carnatio filij dei: quādoquidē per eam neq; reparata eſt neq; li
berata. ¶Immo ſummopere & plurimū profuit eidē: ad ipſius
ſuperexaltationē & glorificationem. Nāq; tota natura humana
mirifice glorificata eſt in hoc: ꝙ vnita eſt filio dei in vnitate hy
poſtaſeos atq; perſonæ. cuius quidē glorificationis facta eſt etiā
particeps beatiſſima virgo: in qua completum eſt illud admirā
dæ vnionis dei cum homine myſterium. Sentiunt plane nōnul
li authores grauiſſimi/ ꝙ ſi Adam non fuiſſet prolapſus ab inte=
gritate ſuę innocētię: adhuc dei filius humanā aſſumpſiſſet car=
nem. non quidem ad reparationem humani generis: cum in
eo non fuiſſet præuaricatio. ſed ad ipſius glorificationem et ſu=
perexaltationē: cōplendumq; numerum vniuerſi. In quo cum
inuenirentur plures perſonę in vna natura: vt in superſūma tri=
Ad quid incarnatio filij dei profuit beatæ virgini.
nitate. vna perſona in vna natura: vt in vno angelo. plures na=
turæ in pluribus perſonis: vt in homine & angelo. adijceretur et
quartū huius cōbinatiōis membrū: quo cōnecterētur plures na=
turę integrę in vna perſona/ quod quidē in ineffabili incarna=
tionis ſacramento conſumatum eſt. Verū ita ne futurū fuiſſet vt
aſſerūt/ an ſecus/ nichil in pręſentia refert: dūmodo duas fatea=
mur eſſe cauſas aſſumptę a Chriſto humanitatis. Vna quidē: vt
gen9 humanū redimeret a dānatione & iugo peccati. Et hæc/
ſolum locum habuit in ijs: qui ſub peccati ſeruitute detineban=
tur captiui. Altera vero: vt per īeloqbilē illā vnionē ſuę diuini=
tatis cū noſtrę fragilitatis ſubſtātia/ totā noſtrā naturā ſupexal
taret & glorificaret: eo īſignitā honore/ vt ſuo creatori fuerit cō
iuncta. Et hæc in omnibus hominibus locū habet/ itidē & in ſa=
cratiſſima virgine: mirū in modū per huiuſmodi vnionē nobili=
tata. Prior autem cauſa: illi tā dignę virgini & matri dei nō de=
bet aſcribi. quod quidē nō in detrimentū laudis eius cedit: ſed
abundantiorem commendationem. Maiori ſiquidē extollit pco
nio ſacroſancta virgo ꝙ aſſeritur nunq̄ fuiſſe obnoxia pręuari=
cationi aut prolapſui/ & ergo reparata nequaq̄ fuiſſe: q̄ ſi trada
tur extitiſſe indiga reparatiōis atq; liberatiōis a ſentina peccati.
Qz ſi perconteris. fuit ne igitur Chriſtus reparator ſanctę virgi
nis? ilico ſubijciam/ cum non fuiſſe illius reparatorem: ſed glori
ficatorem & ſuperexaltatorem. Si rurſum ſciſcitari pergas: vtrū
Quomodo Chriſt9 fuit liberator beatæ virginis.
Chriſtus fuerit beatę virginis liberator? reſponſionem ſubtexā
eum non fuiſſe liberatorem virginis a malo præterito/ in quod
ante liberationem inciderit: nam talis mali omnino fuit immu
nis. ſed liberator ſuę matris fuit Chriſtus a futuro malo/ quod ſa
ne incurriſſet ipſa: niſi eā præueniſſet liberatio præſeruans ne in

peccati ex origine ſerpentis cõtagiũ incideret. Eniuero qui hoc pacto liberat præſeruans a malo ne perſentiatur: bono iure etiã liberator dicitur/ſecundũ ſcripturę cõſuetudinẽ. Nãq; cũ cœleſtẽ patrẽ oramus vt liberet nos a malo: nõ minus a venturo malo poſtulamus erui vt a nobis auertatur/ q̃ a ꝑterito aut pręſenti vt a nobis auferat. Et Chriſtus in pſalmis ſepenumero patrẽ ſuũ cœleſtẽ vocat liberatorẽ: ꝙ ab ingruẽtibus malis ne ipſum infeſtarent benigniter ereptus fuerit. vt pſalmo decimoſeptimo. Dominus firmamentũ meũ & refugiũ meũ: & liberator meus. Et eodẽ loco: liberator meus de inimicis meis iracũdis. & tamẽ clarũ eſt in eo nõ fuiſſe peccatũ: a quo/patris beneficio ſit liberatus. Matth. 6. Pſal. 17.

10 ¶ Decima obiectio. Chriſtus dominus noſter omniũ hominũ dicitur ſaluator: quinimo & beatę virginis/ cũ dicat in ſuo cantico. Et exultauit ſpiritus meus: i deo ſalutari meo. Propriũ autẽ eſt ſaluatoris: poſt dãnationẽ a peccato inductã afferre ſalutẽ, queadmodũ dicit Mattheus capite primo. Pariet autẽ filiũ: et vocabis nomen eius I H E S V M. ipſe eni ſaluũ faciet populum a peccatis eorũ. habuit igitur beata virgo aliquod peccati inquinamentũ: a quo poſſet ſalua fieri. alioqui ſuperuacaneus & ſuꝑfluus ei fuiſſet ſaluator. Lucę. 1. Matth. 1.

¶ Reſpõſio. Duplex eſt ſaluatoris ratio. Vna eius qui prolapſos in dãnationẽ & peccatũ reducit ad ſalutẽ: & a malo quod iam ꝑpetiũtur eruit. Et hoc pacto: dñs noſter omniũ hominũ (excepta ſanctiſſima virgine) ſaluator eſt/ omnes eni in malũ & baratrũ dãnationis corruerãt. Suæ vero ſemp ſanctæ matris nõ fuit ſecundũ hanc rationẽ ſaluator: nã ipſa nunq̃ in malũ prolapſa eſt. Secũda ſaluatoris ratio eſt eius: qui quẽpiã ne in dãnationẽ & pręcipitiũ peccati incidat/ pręueniens ſuſtentat & cõſeruat. Secundũ quã rationẽ: Chriſtus fuit beatæ virginis ſaluator. et digniori quidẽ pfectiorią; genere: q̃ ſi primo modo foret ſaluator. Perfectiꝰ eni ſaluat & pręſtãtius/ qui hominẽ ne in puteũ præceps ruat ꝑſeruat: q̃ qui iã prolapſũ in foueã benigniter eripit. Et certe ipa ſemp beata virgo: i noie filij ſui benedicto in ſecula ſaluata eſt. vt verũ de ipſa ſit: quod in actis apoſtolorũ dicit beatꝰ Petrus. ꝙ nõ eſt aliud nomẽ ſub cœlo datũ hominibus/ q̃ nomẽ I H E S V ſemper benedictũ: in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quomodo Chriſtus fuit beate virginis ſaluator. Actuũ. 4.

Nõ tamẽ ex eo recte colligas: beatã virginẽ debuiſſe prius eſſe peccato obnoxiã. Siquidẽ dñs noſter verus deus & homo: ſæpius in pſalmis patrẽ cœleſtẽ vocat ſuũ ſaluatorẽ. vt pſalmo 26. Neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Idẽ eni deſignat ſalutaris: atq; ſaluator. Rurſum pſalmo 29. ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum. Liquidum eſt tamẽ/ ipm õnino fuiſſe peccati immunem. Non igitur vt quis dicatur ſaluator: eũ cuius eſt/a peccato præterito debet ſaluare. Pſal. 26. Pſal. 29.

¶ Ex hoc ꝙ beata virgo fuit regenerata per baptiſmũ/ & Chriſtus medicus: nõ cõcludi maculã virginalis cõceptiõis. Cap. VI

Ndecima aduerſariorum obiectio. Regeneratio 11
per baptiſmū Chriſti: omnibus eſt ad ſalutē cōſe=
Ioan.3. quendam neceſſaria. Niſi eni quis renatus fuerit
ex aqua & ſpiritu ſancto: nō poteſt regnū dei in=
troire. Huiuſmodi autē regeneratio per aquā &
ſpiritū: fit in deletionē peccati originalis. Fuit igi
tur hæc noxia labes in beata virgine: quę per ba
ptiſmi lauachrū poſtea fuerit quantū ad reatum
abluta. ¶Reſponſio. Secūdo loco aſſumpta propoſitio/nō totā
Quare beata virgo fuit baptiſata in Chriſto. explicat & ōnimodā cauſam inſtitutionis ſancti lauachri baptiſ=
malis: ſed illā dūtaxat/quę locū habet in cōtactis illa peccati ex
origine deducti labe. Nempe Chriſtus dominus/renaſcentiæ &
regenerationis ſpiritualis primitiæ: ex aqua & ſpiritu ſancto ap
parente ſuper eum in ſpecie columbę regenitus eſt/& tamē pec
cati originalis noxam in ſe neutiq̄ habuit. Sicut igitur ipſe in
ſpiritu ſancto renatus eſt: vt ſanctificaret nobis ablutionem ba=
ptiſmi/exemplūq; daret ipſius prompte ſuſcipiendi. ſic ſane &
beata virgo humilitatis & modeſtię pleniſſima/lauachrū baptiſ
mi Chriſti nō recuſauit: vt ſe totā ad ipſius imitationē cōferret.
Animaduertit eni ipſum qui deus eſt & homo/ qui de cœlo ve=
nit & ſup ōnes eſt: nō reſpuiſſe baptiſmi ſuſceptionē ad aperien=
Matth. 3. dum nobis ſalutis aditū/& ad iplendā (vt decebat) omnē iuſti=
tiā. quāto magis nec ipſa vt ſui dilecti filij fieret æmula atq; cō=
ſectatrix/vt i precioſa eius morte baptiſaretur/ illumq; ſtrictius
indueret/ deniq; vt nobis exemplo cederet prompte baptiſmalē
in Chriſto ablutionē ſuſcipiēdi: abnuebat tam digni ſacramenti
perceptionē. Quod licet ſcripto traditū nō ſit in ſacris litteris:
ex illis tamē facili perſuaſione poteſt deduci eo ipſo q̄ q̄maxime
ſtuduerit ſuo dilecto filio omnifariā aſſimilari. Quocirca ex hu
iuſmodi renaſcentia beatę virginis qua adoptionē filij dei hoc
ſacramenti myſterio aſſecuta eſt & ex deo nata: nō legitime cō=
ficis ipſam habuiſſe originalis peccati cōtaminationē. ¶Duo= 12
decima obiectio. Chriſtus dominus noſter omni homini ad ſa=
lutem eſt neceſſarius: quia nō eſt in aliquo alio ſalus. Fuit igitur
& ſacroſanctæ virgini Mariæ etiam vt ſalua fieret/ neceſſarius.
Matth. 9. At nō eſt opus valentibus medico/ſed male habentibus: & non
venit dn̄s vocare iuſtos/ſed peccatores ad pœnitentiā. Igitur &
beata virgo male ſe habuit propter morbum contracti peccati:
a quo ope medici idigeret liberari. ¶Reſpōſio. Fuit vtiq; Chri
ſtus vt medicus/ſacratiſſimæ virgini Mariæ neceſſarius: nō ta=
men eadē penitus ratione qua cæteris. Nempe reliquis homi=
nibus fuit neceſſarius: vt ſalutari medicamēto morbum peccati
quo grauiter laborabant propulſaret/vt purgationē daret & re
medium: quo moleſtiam morbi ſpiritualis imis iam medullis
infuſi & oberrantis expelleret. Beatæ vero virgini fuit neceſſa=

ri9 s:vt ipſam ne vnq̄ in morbū incideret/dato gratiæ copioſio= ris antidoto preſeruaret. Eteni medici officiū eſt/non ſolū mor= bū iam ingraueſcentē per potiones & ſalutaria remedia tolle= re: verū etiā anteq̄ morbus occupet hominē/per ſalubrē alimo= niā/moderatū exercitiū/& cætera id genus ſuæ artis officia/ ne ſupueniat morbus precauere. Et qui per huiuſmodi pſeruatio= nem/incolumitatē hominis cuſtodit integrā: non minus officio medici fungitur/q̄ qui perditā inſtaurat atq; reducit. Quod autē ſecundo loco ad comprobationē adducitur verbum euangeli= cum in ipſa obiectione: non infirmat noſtrū propoſitū. Illo ſi= quidem cōteſtatur dominus ſe non veniſſe in hunc mundū/vt vocaret iuſtos ad pœnitētiā: ſed ſolū peccatores/ad agēdos deo dignos pro ſuis erratis pœnitentiæ fructus. Cur eni vocandi eſ= ſent iuſti ad pœnitentiā: qui illa nō indigēt/aut quia iuſti ſunt: ſponte ſua & abſq; vocantis admonitione illam alacriter a= gunt/ Venit tamen ipſe ſaluator mundi vocare iuſtos: vt in eum crederent a deo patre miſſum ad mūdi ſalutē. vt noue legis am= plecterent ſacramēta & doctrinā/poſthabitis antiquæ legis vm bris & figurarū inuolucris. vt deniq; lucē ipſam diuinā ſequerē= tur: benefica illuſtratione mundo illucentē. queadmodū diſci= pulos vocauit: in ipſo etiā vocādi articulo & ante/ rectos. Itaq; ſicut iuſtos/ ita & ſacratiſſimā virginē ex qua ortus eſt ſol iuſtitie: venit vocare Chriſtus. nō quidē ad pœnitentiā: ſed nouæ legis credēda & colēda myſteria. Ex quo nunq̄ cōficias/ ipſam beatā virginē peccati quicq̄ cōtraxiſſe: ad cuius pœnitētiā vocaretur.

¶ Ex gratitudine beate virginis in deū/& aperta illi per Chri ſtū porta cœli: nō cōcludi eius in cōceptiōe maculā. Ca. VII.

13 Decimatertia aduerſariorū obiectio. Debent ōnes homines ne arguātur ingratitudinis/ id acceptū referre filio dei: q eorum peccata deleuerit. & ob hoc ſuſceptū beneficiū: ma= gnas illi gratias agere/qui tollit peccata mū di. Igit & ſacrata virgo maria/ne videat in= grata deo aut acceptorū bonorū imemor: aſtringit etiā ad hoc gratiarū actiōis officiū. Sed nō poteſt illud vere deo exoluere: niſi peccatū ſaltē ab origine cōtractū habue= rit. Igit illi peccato fuit obnoxia. aut ſi ſeipſā dicit ſine peccato eſſe: igrata videbit deo. ¶ Reſpōſio. Qui poſt grauē morbū ſoli= cita medici opa cōualuit: debet ſuo medico gratias / q per ipſū priſtine ſaluti eſt reddit9. Qui vero ne vnq̄ egrotaret/a medico eſt cōſeruatus: debet illi gras/q i ſanitate ſemp fuit illius ope cō ſeruat9. neq; mēdax ipſe eſt neq; igrat9: ſi ſe nūq̄ morbo laboraſſe dixerit/& idipmnō ſibi ſed medico tribuat/recognoſcatq; ſe tātū ſanitatis itegre būficiū: gratia medici cōſecutū. haud aliter qui

ad qd Chri ſtus beatæ virgini fuit medic9 ne= ceſſarius.

ſe prius peccato obnoxium ſenſit/ ſed nunc ope diuina ab illo liberatū:non mediocres debet ſuo liberatori gratias/ꝗ curatus eſt.Qui vero cognoſcit diuino preſidio ſe ab omni peccato pręſeruatū:id acceptū referre debet ſuo pręſeruatori/& eidē gratias agere de hoc raro ſingulariq̄ beneficio / quo nulli vnq̄ peccato ſubiacuit.Et ſi is dicat ſe eſſe/ſempq̄ fuiſſe ſine peccato/id ſibi ipſi nō aſcribens ſed deo cuſtodi atq̄ adiutori:neq̄ mendax ille

De quibus beata virgo gratias egit deo.

cenſeri debet/neq̄ igratus ſuo benefactori.Itaq̄ beatiſſima virgo Maria gratias agere debuit & egit aſſiduas deo/nō quidē ꝗ ſe peccatis cōtaminatā purgauerit aut expiauerit: ſed ꝗ ab ōni peccato imunē in primo ſuo exortu & deinceps cōſeruauerit/& vberrimis inſuper beneficijs dotauerit.vtpote ꝗ electa ſit mater dei/ꝗ virgo manēs cōcepit & peperit ſine dolore ſuū & omniū ſaluatorē.Quorū ſane beneficiorū recordatione & perpete

Luce. I.

memoria:eructauit hoc dulciſſimū canticū.Magnificat anima mea dñm.& exultauit ſpiritus me⁹ in deo ſalutari meo.Et pauſo poſt.Quia fecit michi magna qui potēs eſt.Ecce copioſā habet materiā glorioſa virgo collaudādi dominū:& gratias agēdi de collatis in ſe beneficijs.Neq̄ oportet vt eam domino gratam facias/atq̄ acceptorū bonorū memorē:ꝗ deū laudet de deletione atq̄ ablutione pręteritorū peccatorū/cū longe præſtantius argumentū habeat deū de maioribus acceptis bonis magnificandi atq̄ prædicandi.Sicut neq̄ dominū noſtrū recte dixeris fuiſſe ingratū deo patri:ꝗ gratias ipſi non egerit de ſuorū (quę nulla fuerunt) peccatorum deletione aut abſterſione/quādoquidē de amplioribus & veris beneficijs debitas illis gratias egit. ¶Decimaquarta obiectio.Chriſtus per ſuū precioſum ſanguinem in paſſione largiter effuſum : omnibus aperuit ianuam 14

Auguſtin⁹

regni cœleſtis.cum dicat Auguſtinus:ꝗ ſanguis Chriſti reſerauit nobis ianuam vitæ æternæ. quare & glorioſæ virgini candem patefecit portam:& per cōſequens ipſa porta cœleſtis ante Chriſti paſſionē fuit eidem ſacræ virgini clauſa.Sed nō occludebatur cuiq̄ in cœlū introitus : niſi propter originalis peccati reatū.cū dicat gloſa ſup tertio capite epiſtolæ ad Rhomanos/ ꝗ totalis clauſura regni cœleſtis eſt originale peccatum: quod omnes ex Adā ſeminaliter propagati trahūt.Igitur habuit beata virgo reatū labis ex origine cōtractæ: propter quē regno cœlorū erat excluſa.Et huius (inquiūt)rei argumentū eſt:ꝗ ſi beata dei mater migraſſet ex hoc mūdo ante filij ſui paſſionē : eius ſancta anima fuiſſet recepta in ſinū Abrahę cū alijs patrib⁹ antiquis/quo recipiebātur quicūq̄ originalē cōtraxiſſent labē. & nō patuiſſet animę ipſius:ianua regni cœleſtis.Signū eſt igitur (aiūt)ipſam habuiſſe reatū peccati originalis:per quē pręcluſus illi fuiſſet cœli ingreſſus. ¶Reſponſio. Admiſſis omnibus ijs

quæ primo proponuntur loco: negandum eſt quod ſecundo aſſumitur. quoniam occluſionis portæ cœleſtis cauſa nõ fuit reatus peccati originalis: in iis qui in domino moriebãtur. Nempe in ipſis originale peccatum iampridẽ erat dimiſſum: aut per circunciſionem aut ſacrificium inſtitutum. igitur non potuit illud iam ſublatũ: cuiq̃ morienti occludere cœli introitũ. Cũ enĩ deletur culpa: deletur & illud ſpirituale damnũ quod infert culpa. alias abolita culpa: adhuc maneret pœna poſt mortẽ/illi culpæ debita. quod diuinæ æquitati & iuſtitiæ nequaq̃ eſt cõſentaneum. Sed huiuſmodi obſerationis regni cauſa/fuit vniuerſale peccatũ Adę: quod omnes eius poſteros reddidit exules cœlo/ donec per vniuerſalẽ hoſtiã & redemptorẽ mũdi foret ſatiſfactũ pro huiuſmodi primeua præuaricatione/ſolutumq; noſtræ redemptionis precium. Q̃z igitur ante exhibitam Chriſti paſſionem occluſa fuerit ſacroſanctæ virgini cœleſtis porta: non eſt aſcribendum ſibi ipſius originali/quæ nulla fuit. ſed temporis conditioni: quia necdum amotũ erat per ſanguinẽ Chriſti tanq̃ clauem paradiſi illud repagulũ atq; obſtaculũ/quo primus parens ſua damnoſa tranſgreſſione obduxerat atq; obdiderat fores cœleſtes. Idcirco ante reparationem huiuſmodi lapſus per Chriſti mortem/quantũcunq; iuſti ex hac vita migrarunt: deſcenderunt ad inferos & illa ſanctorum patrum receptacula/expectantes tempus oblationis hoſtiæ ſalutaris: qua amoueretur illud peſſulum & vectes/cœli introitum occludentes. Quocirca ſi beata virgo Maria tranſiiſſet ex hoc mundo ante Chriſti paſſionem (quod tamen diuinæ circa eam diſpenſationi repugnaſſet: quæ iuſti Simeonis vaticinio prenunciarat gladium doloris/ipſius mœſtiſſimæ matris animã pertranſiturum) & in placidum Abrahę ſinum cum beato Ioanne baptiſta & cęteris iuſtis ſacra eius anima traducta/in certa ſpe propinquę reſerationis regni cœleſtis ibidem quieuiſſet: non id factũ extitiſſet ob noxę originalis reatũ in ea cõtractũ/& occludentẽ illi aditũ cœli. ſed quia necdũ reſerata erat porta cœleſtis: per primos occluſa parentes toti ſuæ poſteritati/ donec imolaretur innocens ille agnus qui tollit peccata mũdi/ qui ſuo precioſo ſanguine recluderet cœli aditũ. Propter quã occluſionẽ vniuerſalẽ/etiã illa quę non erat ſubiecta condẽnationi aut maledicto protoplaſtorum: debuiſſet prẽſtolari in tranquillo piorũ loco perſolutionẽ precii pro genere humano/& apertionẽ cœleſtis regni. Q̃z̃q̃ magis id pietati fidei & ratiõi cõſonũ videtur/q; ſi ſacratiſſima virgo obdormiſſet in dño ante dilecti filii ſui paſſionẽ: deus ſancta illius animã repoſuiſſet in loco illo/ voluptatis ſpiritualis refertiſſimo in quo Adam & Eua diuerſati ſunt tempore ſuæ innocentiæ & ante lapſum, neq; in locũ illum inferiorẽ iuſtorũ eam deſcẽdere

Lucę. 2.

Quo fuiſſet traducta anima Mariæ: ſi ante filiũ ſuũ obijſſet.

permiſiſſet: vt quæ nõ erat ſub obligatione Adę ſicut cęteri/ neq; obſtricta chirographo peccati. Et ergo pro ſua puritate & innocẽtia/ honoratior & nobilior illi q̃ cęteris debit9 fuiſſet locus: in quo permanſiſſet vſq; ad filij ſui reſurrectionẽ. & cũ eo reſurrectionis glorioſę particeps: imortalitate atq; incorruptibilitate dotata/ rediſſet ad vitã interminã. Cũ enĩ ipſa ſemp ſancta virgo nõ minori enituerit inocentiæ candore q̃ primi parẽtes/ quinimo maiore gratia refulſerit: quid abſurdũ ſi cõſimilis eius ſpiritui deſignatus fuiſſet locus ad tẽpus/ qui innocẽtiæ erat habitatio & domiciliũ? Cenſent item ſacri authores/ ſanctiſſimos patres ſinu Abrahę poſt deſcẽſũ ad inferna a Chriſto eductos: ab hora ſuę glorioſæ reſurrectionis ad triũphalem vſq; aſcenſionẽ eiuſdẽ/ in paradiſo illo voluptatis a deo fuiſſe collocatos/ quoad ſimul cũ Chriſto ad cœlos aſcẽderint. Quid igitur vetuiſſet/ ſacratiſſimã virginẽ ſanctis illis oĩbus lõge eminẽtiorẽ: eodẽ in loco diuinę contẽplationis fuiſſe repoſitã / ad tẽpus vſq; reſurrectionis? ¶ Sed obijcies rurſũ. Quis ſancta illius anima a corpore ſoluta/ fuiſſet in paradiſo terreſtri (vt dictũ eſt) ad tempus collocata: eius tamẽ corpus (quod nõ fuiſſet rurſum a morte ſuſcitandũ ante Chriſti reſurrectionẽ) interea fuiſſet terra obrutũ & redactũ in cinerẽ. quod fuiſſet argumentũ cõtractæ noxæ originalis/ & condẽnationis primorũ parentũ: qua dictũ eſt. Puluis es/ & in puluerẽ reuerteris. ¶ Verũ qui hæc obijcis: inopẽ & inualidã cenſere videris diuinã õnipotẽtiã/ aut prouidẽtiã eius minus ſedulã. tanq̃ nõ potuiſſet corpus ſacratiſſimũ glorioſę dei parẽtis etiã terra cõditũ pręſeruaſſe integrũ a corruptione vſq; ad ſuæ reſurrectiõis horã: qui eã anteq̃ cõciperetur pręſeruauit a labe peccati/ & cũ filiũ dei conciperet atq; pareret: integritatẽ virginalẽ in ſacro ipſius corpore cõſeruauit. Nõne vides/ cũ ſtato atq; determinato tẽpore diutius poſt filij ſui reditũ in cœlũ/ beata virgo migrauit ex hoc mundo: nõ paſſus eſt deus ſanctũ ſuum templũ videre corruptionẽ/ ſacratiſſimũ ſcilicet ſuę matris corpus reſolui in puluerẽ: ſed animę rurſum vnitũ reuocauit ad vitam cœleſtẽ/ vt poſterius futura eſt amplior illius declaratio. Cur igitur non potuiſſet ipſe deus ſacroſanctũ virginis glorioſę corpus pręſeruaſſe intactũ a reſolutiõe in cinerẽ & vermes: quoad cũ filio ſuo a morte reſurgeret? Sed quid nos de clauſa beatę virgini ianua cœli (vt obiectãt alij) ſermonẽ diutius protrahimus? cũ de eadẽ benedicta virgine: catholica cõcinat eccleſia. Paradiſi porta per Euã cũctis clauſa eſt: & per beatã virginẽ iterũ patefacta eſt. Si eſt porta regni cœleſtis patefacta per virginẽ Mariã: quomodo filia fuit iræ aut maledictionis? quomodo ex Eua cõtraxit carnẽ peccati: aut eius obligatione fuit obſtricta? Nõne ſi p̃uaricatio occluſit portã cœli; innocẽtia illã rurſũ ape

Obiectiõis ſolutio.

Gene. 3.

rult/ Fuit igiť beatiſſima virgo/pēr quā modo quodā prępara-
torio patefacta eſt ianua cœli(ꝙ ex ea verā noſtræ carnis ſub-
ſtantiā ſūpſit dei filius:qui huiuſmodi patefactionē cōſumauit/
inchoatāqꝫ cōpleuit) prorſus innocens: & ab omni culpa origi
nali omnino immunis.

¶Quis aſſeratur puritas cōceptionis virginalis :nō tamē æ-
quatur mater ſuo filio i laude/dignitate et excellētia. Cap. VIII

15 DEcimaquīta aduerſariorū obiectio. Nō eſt homo æ-
quādus dignitate/puritate atqꝫ pfectione:filio dei/vt
noſtrę carnis induit ſubſtātiā. cū dicat pſalm9. Quis Pſal. 88.
in nubibus equabiť dño:ſimilis erit deo in filijs dei?
& alio loco deus per pphetā clamat/gloriā meā alte- Eſa. 42.
ri nō dabo. At ſi beata virgo Maria ponať in cōceptione fuiſſe
īmunis a peccato originali:aſſeretur fuiſſe ęqualis dignitate/pu
ritate & innocētia Chriſto filio ſuo.eritqꝫ eius cōceptio tam di-
gna/admirāda & glorificāda:ſicut cōceptio filij/quę tamē me-
rito cęteris ōnibus cōceptibus ob ſingularē eius pcellentiā an-
teferenda venit. Non eſt igitur beata virgo expers originalis
contagij:vt in eo ipſo ſaltem infra filium ſuum (vt par eſt) col-
locetur. ¶Reſponſio. Quis ſacroſancta virgo Maria cōcedatur
concepta ſine peccati originalis inquinatione/ ſicut & Chri-
ſtus dominus noſter:magnū tamen eſt inter vtriuſqꝫ cōceptio- 1.Corin.15
nem/dignitatis diſcrimen.ſicut alia eſt claritas ſolis & alia lu-
nę:ſuum mutuantis lumen a ſole.& ſtella a ſtella differt clarita-
te:& tamen vnaquęqꝫ earū eſt clara. ¶Primo ſiquidē diſcrepat
vnius in conceptione puritas ab altera.ꝙ dominus noſter im-
munis fuit labefactationis originalis natura.quoniam nō erat
aptus natus illud cōtrahere:cū non eſſet ex concupiſcentia ge-
nitus neqꝫ virili cōſortio.Beata autem virgo Maria huiuſmodi
peccati imunitatē habuit ſola gratia : qua pręſeruata eſt inſi-
gniter/ne ex matrimoniali thoro genita illud ſuſtineret. Et er-
go beata virgo debuit id filio ſuo (vt & fecit) acceptum referre
quatenus deus eſt;ꝙ eam in ſuo cōceptu īmaculatā ſeruauerit.
pēdebatqꝫ illa īmaculata origo a deo authore:ſicut lumen lunę
a ſole. ¶Secūdo.quia Chriſtus ratiōe ſuę cōceptiōis admirādę
neqꝫ modū habuit cōtrahēdi inquinamētū originis/neqꝫ illius
reatū:eo ꝙ nō fuerit ex carnis cōcupiſcētia genitus. Sacra autē
virgo modū quidē cōtrahendi cōtaminationē huiuſce peccati
habuit:ꝙ ex cōiugali cōgreſſu ortū habuerit/quo in cęteris illa
cōtrahitur lues peccati.nō tamē reatum habuit & maculā: ꝙ a
deo/pręueniente bñdictione ſit pręſeruata. Quocirca imunitas
Chriſti a peccato/lōge ſuperior eſt/ſublimior & ſyncerior: ꝙ ſa-
croſanctę eius matris. Nā ꝗuis ī neutro eorū fuerit illa macula:
in Chriſto tamen defuit res & occaſio rei. In beata autē virgine

Quomodo differūt puritas conceptiōis Chriſti & Mariæ.

abfuit quidē res ipſa & labes ſupradicta: nō tamē occaſio cōtrahendi mali. at hæc ne inferret noxam: a deo eſt prępedita. Fuit itaq; Chriſti in cōceptione puritas a contrahendo illo contagio elongatior & diſtantior: q̄ candidiſſimæ eius matris. ¶Tertio. quia Chriſtus de ſpiritu ſancto cōceptus eſt: & ex matre ſemper virgine natus. Beata autē virgo Maria/ ex imaculato cōiugum thoro humano more concepta eſt/ & ex ſancta matrona pręclaraq; muliere Anna/ vt cęteri infantes/ in lucē ædita. ¶Quarto. quia in ipſo cōceptionis Chriſti momento/ diuinitas humanæ naturę ineffabili modo in ſacræ virginis vtero eſt vnita: vt cōceperit digniſſima virgo nō hominē ſolum/ ſed & deū & hominem. Id autē cū beata conciperetur virgo/ nequaq̄ factū eſſe cōfitendū eſt. nā in ipa (vt et nobis) ſola fuit humanę naturę ſubſtantia. ¶Quito. quia in primo cōceptionis ipſius Chriſti articulo: ſacratiſſimū eius corpus ōnino organis cōplete formatū eſt/ & figura digeſtū/ atq; ſuis ex partib9 itegre cōpactū. & ſimul ſanctiſſima ei9 anima: corpori ſic aptato protin9 vnita. vt ſecūdū

Hiere. 31. Hieremię oraculū: tūc mulier circūdederit virū. Sacræ autē virginis Marię corpus/ in vtero materno: cōſueta tēporis ſucceſſione paulatim efformatū eſt. & demū illi cōpletā cōſecuto formatione: ſancta anima more aliorū vnita. Inuenietur facile & alia vtriuſq; datarū conceptionū diſcernicula atq; diſcrimina: a ſtudioſis haud magno negocio colligenda. Ex quibus ſole clarius euadit/ aſſerentes ſacroſanctā virginē ſine carne peccati conceptā eſſe: nequaq̄ ęquare cōceptionē eius cōceptui filij ſui/ ſed ipſam longo interuallo huic ſubijcere atq; poſtponere. Neq; eadē dignitas/ gloria/ & præſtabilitas attribuitur cōceptui matris & filij: ſed aſſeritur filij cōcept9 multo eſſe mirabilior & preſtātior.

Obiectiōis dilutio. ¶Q; ſi inſtes. ſaltē ſingularis gloria matris domini tollitur: ſcilicet cōcepiſſe prolē ſine peccati originalis cōtactu/ & alteri etiā cōmunicatur/ vtpote beatę Annę. Nam ſecundū hanc aſſertionem: & ſancta Anna cōcepit ſacrā virginē ſine peccati cōtagio. ¶Reſponſio in promptu eſt. ſicut ſingularis excellentia Chriſti nō eſt/ eſſe cōceptū ſine carne peccati: nā & id beatę cōpetit virgini. ſed eſſe cōceptū ſine peccato de ſpiritu ſancto: & in matre virgine. nullus enī alius īter filios hominū ſic vnq̄ cōceptus eſt: neq; cōcipietur. Ita præcipua & peculiaris excellētia ītemeratæ virginis nō eſt: q̄ ſine peccati originalis ſorde prolē cōceperit/ quandoquidē ex cōfeſſo illud etiā ſanctę Annæ tribuitur. ſed q̄ virgo p̄manens: de ſpiritu ſancto deū ſimul & hominē caſtiſſimis cōcepit viſceribus. In hoc namq; ſupercœleſti myſterio: nec primā ſimilem viſa eſt nec habere ſequentem. Et ita ſi integra ſemper & tota aſſignetur vnius & alterius dignitas: facile conſpicietur Chriſtus omnibus hominibus longe ſupereminere/

et ſacratiſſima virgo Maria Annã matrem ſuã multo ꝑcellere.
¶Vnde inter tres ſupradictos: Annã glorioſę virginis matrem/
ipſã ſacram virginẽ/& Chriſtum: quædam inuenitur proportio Chriſtus
& comparationis habitudo/in hoc quod eſt concipere aut con- Maria.
cipi ſine peccati originalis corruptela. Nempe glorioſa virginis Anna.
mater Anna/nõ fuit cõcepta ſine huiuſmodi labe: cõcepit tamẽ
Mariã virginem ſine contagio illius peccati. De reliqua vero
eius ſancta prole/id non aſſerimus: neq; eadẽ ratio ad illud ponẽ-
dũ nos adigit. Beata autẽ virgo Maria & cõcepta eſt ſine labe
originis: & filium itidem ſuum benedictum in ſæcula concepit
ſine tali inquinamento. Dominus autem noſter/ſine huiuſmo-
di macula conceptus eſt ſolũ. Nõ autẽ cõcepit: quoniã id ſuę na
turæ conditio non admittit. Vides igitur Annã inferius tenere
extremum/& vnum duntaxat habere priuilegiũ: quoniã conce
pit ſine peccato/nõ autem cõcepta eſt. Cernis item ſacrã virgi-
nẽ: mediũ inter datos proportionales terminos obtinere locũ.
quoniã cõcepta eſt ſine peccato/& etiam concepit: duabus inſi-
gnita prærogatiuis. Deniq; cõſpicis dominũ noſtrum/ſupremũ
ſortiri comparationis locum: quoniã ſine peccato cõceptus eſt/
nõ autẽ concepit. Et queãdmodũ in tribus iſtis proportionalib9
extremis/ſupremum medio præſtãtius eſt: ita & mediũ infimo.
¶Sed mox inſtabis. Infimo loco collocatũ extremũ/ min9 eſt Obiectióis
medio/quoniam vnum duntaxat habet donum ſingulare: me- amotio.
dium autem/duo. Ergo conſimili ratione & ſupremo vertice ſi-
tum extremum/erit minus medio: quia vnum tantummodo ha
bet priuilegium/medium autem/duo. ¶Verũ nõ ſimilis vtro-
biq; conuincit aut militat ratio. Nam ſi ſupremum extremũ na-
tum eſſet illa duo in ſe ſuſcipere: vtpote concipi a matre/itidem
& cõcipere prolem/ quemadmodum & illa duo inueniuntur in
infimo: rata eſſet & valida ratiocinatio. At quoniam illorum al-
terum ſolum/vtputa concipi: ipſi ſupremo extremo poteſt ex na
turę humanę conditione cõuenire/nõ debet in altero membro
ſcilicet concipere ſobolẽ ſine peccato: ipſius ad mediũ fieri col-
latio. Neq; hoc: ſupremi extremi derogat dignitati. nã ipſũ aliã
habet excellentiã: vtputa ꝙ de ſpiritu ſancto cõceptus eſt in ma
tre virgine/ ꝙ item verus eſt deus & verus homo. quo poſtre-
16 mo: ipſum medium improportionaliter tranſcendit. ¶Decima-
ſexta aduerſariorum obiectio. A ſacris authoribus ſolus Chriſt9
dicitur eſſe ſine peccato. Dicit enim Auguſtinus ſuper Ioãnem. Auguſtin9
Ideo Chriſtus ſingulariter dicitur innocens: quia ſolus fuit ſine
peccato/ſolus ſine macula. non cuius maculę abſterſę ſunt: ſed
cuius macula nulla fuit. Si igitur & beatæ virgini ille attribui-
tur dignitatis titulus/ꝙ etiã ſine quacunq; fuerit peccati macu
la/deducta ad ortum: illa ſingularis Chriſti dignitas ſcilicet im

peccantia/alteri aſcribetur vtputa eius matri. quod cedit in extenuationē ſingularis magnificētię eius. quīmmo protinus cōſequens erit: non ſolū Chriſtum eſſe ſine peccato. ¶Reſponſio. Cum ſacri authores eas enunciant propoſitiones/ quibus ſolum Chriſtum ſecludunt a peccati labe: illa particula excluſionis nō ſacratam eius matrem pręcludit/ ſed cęteros poſt eā. Cum enī ſecundū Ariſtotelē in Ethicis/ filius ſit pars patris ſeparata/ ſitqꝫ vt pater ſeiunctus: ipſe Chriſtus qui totā ſumpſit naturę noſtræ ſubſtantiā ex ſacratiſſima virgine (cum tamen alij filij partem ſolum corporalis ſubſtantię a patre ſumūt/ et partem a matre) recte dicetur pars ſuę benedictę matris/ ſed ſeparata et ſeiuncta: ſolam humanitatis ipſius rationē attēdendo. Et ſi cęteri filij Iacob de Ioſeph fratre ſuo (cum quo communē duntaxat habuerunt patrem) dixerunt/ frater noſter & caro noſtra eſt: nōne valentiori iure potuit caſtiſſima mater de ſingulari ſuo & vnico filio domino noſtro vere dixiſſe: os meum & caro mea eſt/ Cum igitur caro filij excipitur a peccati ignominia: cur non ſimul itidem propter conſubſtantialitatem filij cum matre & identitatem ſubſtantię/ ipſa mater (de qua ſumpta eſt imaculata filij caro) itelligaꝛ eximi ab eodē īproperio/ Itaqꝫ cū ſingulariter Chriſtus dicitur innocens/ & ſolus ſine peccato: nō itelligas ibidem excludi matrē Chriſti/ ſed potius includi/ tanq̄ eandē cū Chriſto carnē ſortitā. ¶Sed mox inſtabis. Conſimili ratione cū dicimꝰ ſolū Chriſtū de ſpiritu ſancto conceptum/ ſolum Chriſtū ex virgine natum/ ſolum itē Chriſtū pro nobis mortē paſſū: nō intelligere debebimus ſecluſā ab hiſce locutionibus dei matrē/ ſed incluſam. quare confiteri cogemur: & beatam virginē de ſpiritu ſācto cōceptā/ ex virgine matre natā/ et pro nobis mortem perpeſſam. quo nichil ineptius aut abſurdius. ¶Verū reſpōdemus: nō eandē in his propoſitionibus poſtremo adductis/ & ſuperioribus rationem militare. Nā vbi explicātur in elocutionibus noſtris proprietates perſonales & indiuiduę/ quibus vnū ſingulare ab alio quouis eiuſdē naturę indiuiduo ſecernitur: particula excluſionis adiecta excludit ab ea proprietate quoduis eiuſdem ſubſtantię indiuiduū. Eſſe autē conceptū de ſpiritu ſancto/ eſſe natum de virgine/ eſſe paſſū mortē pro nobis: huiuſmodi ſunt īdiuiduales Chriſti proprietates. & ergo cū particula excluſionis ſumptę: ſecludūt beatā virginē & cęteros oēs homines. Sed cū enunciantur proprietates cōmunes quę omnibus aut pluribus eiuſdē ſpeciei ſingularibus cōgruūt/ vt eſſe innocentē/ eſſe ſine peccato/ eſſe immaculatū: particula excluſiua illis adiecta/ non excludit alia eiuſdē naturę ſingularia ab huiuſmodi cōditionibus/ naturā rectā conſequētibus: maxime habentia pręcipuam quandam habitudinē/ ad vnum illud ſingulare cui primo attri

Gene. 37

Cauilli diſſolutio.

buuntur. Queadmodū in diuinis enunciādis proprietatib9/ cū dicimus ſolum patrē gignentē/ſolum filiū dei a patre genitum/ & ſolum ſpiritum ſanctum ab vtroq; procedentē: excludunt ab vna quauis enunciatione/duę reliquę diuinę perſonę nō expreſſę. q͛ hypoſtaticę & perſonales ibi aſſignentur proprietates: q̄bus ſingulariter abinuicē diuinę hypoſtaſes dirimuntur. Verū cū in cantico angelico ad filiū dei venerabunda dicit eccleſia: quoniā tu ſolus ſanctus/ tu ſolus dominus/ tu ſolus altiſſimus/ Iheſu Chriſte. & cum in euangelio/nemo dicitur ſcire diē iudicij niſi pater ſolus: nō ſecluduntur per hanc excluſionis notā ab illis proprietatibus expreſſis cęterę perſonę ibidē nō nominatę/ quinpotius includuntur & intelliguntur ſub ea quę nominatim eſt poſita. nō minus eni pater ſāctus/dominus/& altiſſim9: q̄ filius. Etiam ſpiritus ſanctus: et ſanctus eſt & dominus/ et altiſſimus/perinde atq; filius. deniq; nō minus filius dei & ſpirit9 ſanctus diem iudicij noſcūt/q̄ pater: quoniā ipſorū vnica eſt diuina notio. Et huius ratio ad manum atq; in promptu eſt: quoniam eſſe ſanctum/eſſe dominum/eſſe altiſſimū/noſcere diem iudicij/ proprietates ſunt naturales & ſubſtantiales: indifferenter/ communiter/ & identice omnibus perſonis diuinis conuenientes. Matth. 24.

¶Ex eo q͛ beata virgo orauerit ſua dimitti debita: non effici ipſam fuiſſe vlli peccato obnoxiam. CAP. IX.

17 Decimaſeptima aduerſariorum obiectio. Beata virgo vt feruens ſpiritu & animo tota in deum intenta/ ſæpius patrem cœleſtem oraſſe credit: ſicut Chriſtus docuit apoſtolos ſuos orare. Pater noſter qui es in cœlis/ſāctificetur nomē tuū. Matth. 6. quare & id more cæterorū ſubiūxiſſe inter orādū. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. At id poſtremū recte & vere dicere non potuit: niſi peccati obligationē in ſe haberet/quæ debitorū nomine deſignaretur. habuit igitur & ipſa in ſe aliquā peccati labē: quā ſic orās petiuit a deo dimitti atq; deleri. ¶Reſpōſio. puriſſima virgo Maria pro ſuis proprijs delictis dimittēdis nunq̄ orauit: nā nullā vnq̄ habuit iniquitatē. ſed illius loco/cōtinuas deo gratias egit de pſeruatrice eius gratia: quæ immunem eā ſeruauit ab omni malo. Pro alienis autē peccatis abolendis frequētius orauit/ iſtam mata charitate & dilectione proximi: qua aliorū ſalutē flagrātiſſimo deſyderauit animo/et aſſiduis pcibus veniā ꝓ eorū peccatis poſtulauit. Itaq; cū orauit pietiſſima virgo / & dimitte nobis debita noſtra: proximorū ſuorū(qui ſpirituali fraternitate illi erāt cōiūcti: & corporis ipſius myſtici ſimul cū ea mēbrū)peccata deleri exorauit/quinimo ex ardētiſſimo charitatis igne aliorum peccata tanq̄ ſua exiſtimauit: cōdolens mēbrorum Chriſti

Quorū beata virgo orauit debita dimitti.

1 Corin.12. infirmitati/ & illud beati Pauli dictum in ſe complēs.ſiquid pa⸗
titur vnum membrū: compatiuntur & cætera membra.& cū eo⸗
2 Corin.11. dē apoſtolo dicens: quis ſcādalizatur/& ego nō vror?Si eni ple
riſq; ſanctorum tam ſyncęram charitatem affuiſſe legimus/ vt
aliorum peccata perinde atq; ſua defleuerint/ & ſolicite ꝑ ipſo⸗
rum ſalute deum exorauerint:an credemus illā cordis deo agi⸗
tati flāmam ſanctiſſimum virginis pectus non ſuccendiſſe/ qua
& pias pro aliorū erratis profuderit lachrymas & preces?quan
doquidem illi infuſa eſt tota gratię plenitudo. Et certe quemad
modum nunc in cœlis coronata/& ſublimi in throno glorię re⸗
gnans/ſedula eſt apud deum pro peccatoribus oratrix:ita & cū
hic vitam ageret/ſolicite pro ipſorum ſalute & venia peccatorū
impetranda deum poſtulauit. Sed age/ nonne Chriſtus eandē
quam diſcipulos edocuit orationem:ad deum patrem ſæpenu⸗
mero fudit?qui quæ alios docuit: eadem & fecit.Cū igitur pro⸗
tulit illam orationis particulam/& dimitte nobis debita noſtra:
an ſua ipſius debita petiuit dimitti/quæ prorſus nulla fuere?an
ne potius aliorum/ſcilicet mēbrorū ſuorū?quorū delicta ex ſyn⸗
cero dilectionis affectu ſæpius in pſalmis ſua appellauit: noſtrā
Pſal.21. ſibi perſonam accōmodans. vt cum ait.longe a ſalute mea:ver⸗
Pſal.68. ba delictorum meorum. Et rurſum.quoniam tu ſcis inſipientiā
Pſal.37. meam:& delicta mea a te nō ſunt abſcondita. Et iterum. quo⸗
niam iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum. vbi noſtra
ipſorum peccata:ſua appellat/ex nimio feruore dilectionis.& ꝑ
illis tanq̄ ſuis confeſſionem & pœnitentiam agit:vt doceat nos
ſuo exemplo etiam pro noſtris libenter pœnitentiam ſuſcipere.
Haud aliter & beata virgo/peccantię omnino immunis/filijq;
ſui in omnibus ęmula ac imitatrix:non pro ſuis ſed ſolum alio⸗
rum debitis dimittendis preces fudit. At vero nos qui in iniqui⸗
tatibus concepti ſumus/et quotidie in multis offendimus:& pro
noſtris & aliorum relaxandis peccatis deo ſupplicare debem⁹.
Ad quod ſignificandum/oratio illa maxime omnium ſalutaris
& deo patri acceptiſſima/ quā nos filius dei ſacro ore ſuo edo⸗
cuit:pronomina habet orantes deſignantia/tum primigenia tū
deriuata:pluralē deſignātia/ multorumq; demonſtrationē. Nō
enim oramus:pater mi qui es in cœlis/ſed pater noſter.neq; iti⸗
dē dicimus: dimitte michi debita mea/ſed dimitte nobis debi⸗
ta noſtra.quo doceamur(vt ſacer ait Cyprianus)communē pro
toto fidelium cœtu nos orationē effundere debere: neq; ſolum
pro peccatis proprijs / ſed etiam aliorū ſoluēdis deū expoſcere.
Ita eni in ſermone ſexto(qui eſt de oratione dominica)inquit.
Cyprianus Ante omnia pacis doctor atq; vnitatis magiſter/ſingulatim no
luit & priuatim precem fieri:vt quis cum p̄catur/pro ſe tantum
precetur. Non enim dicimus: pater meus qui in cœlis es. nec

panem meum da michi hodie, nec dimitti ſibi tantũ vnuſquiſqꝫ
debita poſtulat. aut vt in tentationem non inducatur/atqꝫ a ma
lo liberetur: pro ſe ſolo rogat. Publica eſt nobis et cõmunis ora-
tio. & quando oramus: non pro vno/ſed pro populo toto ora-
mus/quia totus populus vnum ſumus. Deus pacis et concordię
magiſter qui docuit veritatem/ſic orare vnum pro omnibus vo
18 luit: quomodo in vno omnes ipſe portauit. ¶ Decimaoctaua
obiectio. Vna hæc eſt ſanctorum patrum ſententia: omnes ho-
mines excepto Chriſto/peccati originalis debito eſſe obnoxios.
cum dicat beatus Auguſtinus in fine ſecundi libri contra Iulia Auguſtin⁹
num. Omnes diuinorum eloquiorum clariſſimi pertractatores
in hanc catholicam veritatem conueniunt: vt peccato illius pri
mi hominis omnes homines naſci credantur obnoxij. Vnde ab
hac generali ſententia nemo excipitur: niſi ſolus ille quem ſine
lege peccati repugnante legi mentis/ virgo concepit. Igitur et
beata virgo Maria: eiuſdẽ peccati debito fuit in principio aſtri-
cta. ¶ Reſponſio. Quẽadmodũ ſuperius dictum eſt/propoſitio- Cap. 4.
nes vniuerſales a ſacris authoribus poſitæ/enunciantes omnes
homines peccato originis eſſe deformatos: accipiendę ſunt de
hominibus ſecũdum cõmunem legem ad ortum deductis. neqꝫ
applicandæ ad dominum noſtrũ/vt recte fatentur omnes. neqꝫ
ad ſacratiſſimam eius matrem/quod opto fateantur omnes. Nã Qꝫ beata
ipſa ſingulari priuilegio/ab hac hominũ peccati tabe cõtracto- virgo: a cõ
rum vniuerſitate eſt excepta: vt quę nunq̃ Adæ maledicto fuerit muni homi
ſubacta. Proinde qui has enũciationes generalitatẽ ſonãtes/ap- num gene-
plicare contendunt ad ſacroſanctã virginem: haud ſecus pſeu- ralitate eſt
dographiã falſãqꝫ deſcriptionẽ cõmittunt / atqꝫ geometra: hoc excepta.
proloquium/lineas omnes ab eodem puncto in idem punctum
protractas/eſſe æquales: accipiendum duntaxat de lineis rectis/
accõmodans perperã ad lineas obliquas et curuas. ¶ Sed dicãt
obſecro. nõne ſcriptura ſæpius generatim pronũciat: omnes ho
mines peccato voluntatis & actuali eſſe obnoxios/ nullũqꝫ om-
nino mortalium peccati etiam ſponte admiſſi eſſe expertẽ? Si di
xerimus (inquit Ioãnes) quia peccatũ nõ habemus: ipſi nos ſedu 1. Ioan. 1.
cimus/et veritas in nobis non eſt. Et beatus Iacobus. In multis Iaco. 3.
offendimus omnes. Ruſum Salomon in dedicatione magnifi-
ci templi a ſe extructi orãs/dicit. nõ enim eſt homo: qui nõ pec- 3. Reg. 8.
cet. Et eccleſiaſtes. Nõ eſt homo iuſtus in terra: qui faciat bonũ Eccẽs. 7.
et non peccet. Deniqꝫ Salomon in prouerbijs. Quis poteſt di- Prouer. 20
cere: mundum eſt cor meum/& purus ſum ego a peccato? Atta
men ab iſtis propoſitionibus vniuerſalẽ præferentibus ſenſum/
excipiunt aduerſarij noſtri & recte/ſacroſanctam virginem Ma-
riam: quam fatentur ab omni peccato actuali/veniali ſcilicet &
mortali ſemper fuiſſe immunem. Cur non etiam ſimili iure eam

eximũt ab enũciationibus vniuerſalibus aut ſacrorũ eloquiorũ aut ſanctorũ patrum: deſignãtibus omnes labi originis eſſe addictos/par enim eademq; militat ratio. & per id quod in illis faciunt: docentur manifeſte quid in his facere debeant.

¶ In ſacroſancta virgine Maria nunq̃ fuiſſe fomitẽ peccati: neq; potentialem neq; actualem/neq; ligatum neq; ſolutũ. CAP. X.

DEcima nona aduerſariorum obiectio. In quocunq; fuit fomes peccati & cõcupiſcẽtia carnis: 19 in eodem fuit peccatum originale. cum effectus eſſe nequeat ſine cauſa ſua: & fomes ſit vt reliquę quędam ipſius contagij ex origine contracti. At in ſacroſancta virgine Maria fuit fomes peccati. nã ſecundũ Bedã/Nicolaũ Lyrenſem/Hugonem de ſancto Victore/& cæteros/ſpiritus ſanctus ſuperuenit in eã cum eſſet filiũ dei cõceptura/ſecundũ verbũ angeli: vt eã a fomite peccati purgaret atq; mundaret. Igitur ante ſuperuenientem in ipſam ſpiritum ſanctum tẽpore conceptionis filij dei: fuit in ipſa fomes/igne ſpiritus expurgandus.

¶ Reſponſio. Inficiandũ eſt omnino/in ſacratiſſima virgine fuiſſe fomitem carnis. aut ſolutum/liberũ/effrenemq;: & rebellionẽ carnis in ſpiritũ excitantẽ. aut ſopitũ/ligatumq; (vt ipſorũ vtar verbis) atq; ita frenatum: vt impuras carnis motiones ſuſcitare nunq̃ quiuerit. Non enĩ amplius in ea fuit fomiti peccati loc9: q̃ in primis noſtris parentibus/& in Chriſto domino noſtro/quibus nunq̃ adhuc aliquis fomitẽ peccati impegit. quia nõ minus imunis a peccato originis fuit conceptus ſacroſanctæ virginis: q̃ horũ triũ quos adduximus/progreſſus ad ortũ. Quare nec in eadem ſacroſancta virgine admittẽda eſt vnq̃ fuiſſe cõcupiſcentia/infirmitaſq; carnis. neq; potẽtialis. vt eſt in paruulis lege cõmuni cõceptis/ãte ãnos pubertatis: cũ necdũ pullulant obſcenę cõmotiones in carne/latet tamẽ occultũ vir9 quod poſtea ſe prodit. neq; actualis. vt eſt in ijs qui iã pubertatis ætatẽ attigerũt: quibus ebulliunt atq; inſurgunt aculei carnis actu/in ſpiritum.

Quare ſpiritus ſanct9 ſuperuenit in virginẽ.

Neq; putandũ eſt/ſpiritum ſanctum ſuperueniſſe in beatã virginem filio dei oppignerandam: vt a fomite prius contracto eam emundaret (pace eorum dixerim/ſiqui ſacrorũ authorum id aſſeruerint: cum nõdum eſſet adamuſſim huiuſce rei perſpecta aut explorata veritas) aut ſanctificaret ad filium dei concipiendum. quæ enim ſemper ſancta fuit: noua ſanctificatione vt purgaret non indiguit. Sed ſuperuenit in eã ſpiritus ſanctus: vt virtutem concipiendi filium ſine viri conſortio/ipſi ſupra naturę legem conferret. quod manifeſtũ euadit ex præcedente ſacræ virginis ad angelum interrogatione. quæ cum audiſſet cœlitus promitti ſibi filium/conſcia virginei ſui pudoris deo conſecrati: quæſiuit.

ab ãgelo. Quomodo fiet iſtud: quoniã virum nõ cognoſco? Cui reſpõdit angelus. ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ecce verba angelica liquido monſtrãt/ propterea tunc ſuperuenturum in eã ſpiritum ſanctum: vt q̃uis nunq̃ virũ ſit cognitura/ virtute tamen cœleſtis ſpiritus fiat grauida. Sed quonã pacto ante filij ſui conceptum fuiſſet in ipſa fomes: quæ priuſq̃ foret prægnãs/ ab angelo ſalutata eſt plena gratia? aut quanã ratione cũ illa gratię plenitudine quæ omnẽ ab ea ſuſtulit etiã minimum lapſum venialẽ: ſimul in ea fuit ſeminarium peccati aut carnis infirmitas? Nõ repugnat tamẽ huic exuberãtię gratiarũ/ nouus in eam ſpiritus ſancti aduentus/ ad nouũ & admirabile munus illi pręſtandum: vt ſcilicet mater fieret ſine viri cõgreſſu/ & virgo deum/ hominemq; cõciperet. Sic & ſancta præcurſoris domini mater Eliſabeth/ ante ſalutationẽ digniſſimæ virginis Mariæ/ ſpiritus ſancti habuit gratiã: vt quæ iuſta fuerit & deo digna. Attamen audita virginis & matris dei ſalutatione/ repleta ſpiritu ſancto tunc fuiſſe deſcribitur: q̄ nouũ ei ſpiritus domini donum propheticum tum infuderit/ quo ſecretum incarnationis myſterium & angelica ad beatam virginẽ habita verba/ domino reuelante cognouit. Et in ſacris eloquijs viri apoſtolici ſpiritu ſancto ſemper pleni/ cum aliquid dicturi aut facturi eſſent arduum: tunc ſpiritu ſancto repleti dicuntur. non quidem q̄ ſpiritum ſanctum ante nõ habuerint: ſed quia ad nouum et magnum opus peragendum/ pręſentem ſpiritus efficaciam tum acceperint/ quaſi de nouo aduenientem ad illũ effectum. ¶ Quocirca vt dilucide cognoſcant omnes/ quantum noſtra quinimo totius eccleſiæ & veritatis diſtet ſententia/ a placitis eorum qui oppoſitas nobis partes hactenus tutati ſũt: hęc paucis ſunt annotanda. Primo quidem ponunt aduerſarij conceptionem ſacrę virginis ſecundũ carnẽ ſolum/ fuiſſe cum infirmitate carnis et ea labe: quę animã poſtea in coniunctione ad corpus deformare ſolet atq; cõmaculare. Nos vero dicimus illã primã ſacrę virginis conceptionẽ ſecundũ carnem/ fuiſſe ſine illa ſorde & macula: quę poſtea animam cõtaminare poſſet. quẽadmodum in libri pręcedentis viceſimaoctaua ratione: diffuſius eſt oſtenſum. Secũdo dicũt alij/ in vnione ſanctę animę ad corpus eius in vtero materno cõplete efformatũ: ipſã animã tũ cõtraxiſſe labẽ originalem/ & aliquanta morula huiuſmodi luem cõtagioſam pertuliſſe. Nos vero aſtruimus: ex huiuſmodi vnione ad purum & ſemper ſanctum corpus/ nullã labem eſſe illatam animę ſanctę virginis/ vt in loco ſupradicto etiam eſt explicatum. Tertio ponunt alij/ paulo poſt vnionem ſanctę animę virginis ad corpus eius: ipſam glorioſam virginem fuiſſe dei gratia ſanctificatam in vtero materno. Per quam

[Margin notes: Lucę. 1. — Lucę. 1. — Actu. 4. — Actu. 7 — Actu. 13. — Quę de virginali cõceptione ſunt ſentienda.]

(vt dicũt)ſanctificationem: mũdata eſt a peccato originali prius cõtracto/& fomes carnis ita repreſſus & cohibitus in ea: vt nũq̃ rebellionẽ cõtra ſpiritũ excitare potuerit. Nos vero huiuſmodi ſanctificationẽ quæ priorem aboleat noxam/ in virgine omnino negamus: itidẽ & fomitis illic latentis repreſſionem. potiore digniſſimam virginem ſanctificatione honorantes: quæ ſit ab omni macula cum corporis tum animę per diuinam prǣuentionem conſeruatio. & magis q̃ cęteri/ fomitem ab ipſa excludentes: quẽ ne repreſſum quidem aut coercitum/ in illa vnq̃ habuiſſe locum affeueramus. Siquidem liberior eſt & purior ſereniſſima virgo a fomite: quando aſtruitur nullo modo vnq̃ pertuliſſe fomitem/ q̃ ſi in ea poſueris illum ſopitum et conſtrictũ: quaſi ſathanam alligatum non habentem nocẽdi vires. Quarto aſſerũt aduerſarij/ in ſecunda ſanctificatione beatæ virginis/ facta (vt aiũt) quãdo erat conceptura filium dei: ſuperuenientẽ in eã ſpiritum ſanctum/ omnem ſuſtuliſſe fomitem etiam potentialẽ/ & cõcupiſcẽtiã carnis. & tanta cõfirmaſſe virtute: vt nũq̃ deinceps peccare potuerit. Nos vero hanc ſecundam (vt ponũt) ſanctificationem negamus: quæ fomitis ſopiti reliquias ſuſtulerit/ aut concupiſcentiæ extinxerit ęſtum. cũ neq; præceſſiſſe in ea fomitem admittamus/ neq; exęſtuaſſe in ea concupiſcentiam: ad quam reſtinguendã/ ſpiritus ſancti refrigerio fuerit opus. Semper enim ſancta fuit & pura: etiam in primo ſuo exortu. & ab ipſo deinceps permanſit ſancta: vt non fuerit opus hac noua ſanctificatione/ quæ præcedentem illi fomitem impingat. ¶ Porro quoniam ad aſtruendã purgationem beatæ Mariæ virginis a fomite peccati per aduentum ſpiritus ſancti/ cum eſſet conceptura filium dei/ quam (vt dictum eſt) confingunt: adducere ſolent qui illas tutantur partes/ inter cætera pro ſe teſtimoniũ Ioãnis Damaſceni in ſecundo capite tertij libri de fide orthodoxa. id in pręſentia annotare eſt operepreciũ: q; ſecundũ primã trãſlationẽ/ eo in loco ita habet ſupradicti authoris littera. Poſt aſſenſum igitur ſemper virginis/ ſpiritus ſanctus ſuperuenit ſuper ipſam (ſecundum domini ſermonem/ quem dixit angelus) purgans ipſam: & virtutem ſuſceptiuã verbi dei tribuens/ ſimul autem & generatiuam. Secunda vero eiuſdẽ traductio: ita eandẽ exprimit ſententiam. Vnde poſt conſenſum ſanctæ virginis/ ſpiritus ſanctus deſcendit ſuper eã (ſecundum verbũ domini quod dixerat angelus) ſanctificans eã/ & receptibilem virtutem verbi diuini donans/ ſimul & generatiuã. Sed vtrãq; harum traductionũ ab archetypo deerraſſe crediderim/ propter æquiuocationẽ vnius vocabuli: quod ille prior interpres/ purgans interpretatus eſt: hic vero poſterior/ ſanctificans. & vterq; ad ſpiritũ ſanctũm hoc & illud rettulit. cum in recentiore interpretatione

In beata virgie nũq̃ fuiſſe fomitẽ peccati.

Ioãnes Damaſcenus.

ſuperioribus ãnis in lucẽ ædita:eorũ vocabulorũ loco/ ĩterpres poſtrem9 poſuerit inſtruẽs:& ad angelũ hoc retulerit/nõ ad ſpĩritũ ſanctũ,hoc modo. Poſt igiť cõſenſum ſanctę virginis/ſpũs ſanctus ſupuenit in eã:iuxta ſermonẽ dñi / quẽ dixerat angelus inſtruẽs ĩpam.& virtutẽ diuinitatis verbi ſuſceptiuã prębuit:ſimul autẽ & generatiuã.Videſne ex ipſo orationis cõtextu ĩ duabus primis traductiõibus/adiectiua purgãs & ſanctificãs ad ſpĩritũ ſanctũ referri:ſicut & ſequẽtia/tribuẽs & donãs?quoniã nullũ illorũ:angeli eſt officiũ.In tertia vero trãſlatiõe:adiectiuũ inſtruens illorũ loco poſitũ:referri ad angelũ. verbũ autẽ pbuit/. ſicut & ſupuenit:ad ſpiritũ ſanctũ?Quarũ ſane traductionũ tertiã fideliorẽ & veriorẽ crediderim:ꝙ euãgelicę lectioni propinquius accedat/cũ dicit angelũ edocuiſſe atq; inſtruxiſſe virginẽ: quod & tradit euangeliũ.Non autẽ ex euangelij ſententia vnq̃ collegeris:ꝙ ſpũs ſanctus purgauit ſacroſanctã virginẽ:cũ filiũ dei eſſet cõceptura /aut ipſam ſãctificauit.ſed id dũtaxat:ꝙ ſupuenit in eã vt ſine viri adiutorio cõciperet. Cęterũ hoc eã ob rẽ adiectũ hic voluim9:vt admoneam9 lectores nõ leuiter eſſe credendũ ſentẽtijs õnibus authorũ aut dictis/quæ in oppoſitã partẽ ab alijs adducũtur.quoniã plerũq; ob viciata exẽplaria aliter afferri poſſunt in teſtimoniũ:q̃ archetypus liber continet. Lucę. 1.

¶Q2 aſſertio puritatis in cõceptione beatæ virginis:neq; ſanctæ ſcripturæ neq; fidei contradicit. Cap.XI.

20 VIceſima aduerſariorũ obiectio. Qui beatã virginem Mariã eximũt a peccati originalis cõtractiõe:ſcripturæ ſanctæ cõtradicũt / aſſerenti ad Rhomanos tertio cap. ꝙ õnes peccauerũt/& egent gloria dei. & quĩto eiuſdẽ epiſtolæ capite.ꝙ p vnũ hominẽ peccatũ ĩtrauit ĩ mũdũ:in quo õnes peccauerũt.Nõ eſt igiť huiuſmodi aſſertio:vero cõſentanea. ¶Reſponſio.Q uẽadmodũ in decimęocta uæ obiectionis diſſolutione dictũ eſt/huiuſmodi propoſitiones vniuerſales in ſacris eloquijs poſitæ/ quæ õnes deſignãt obnoxios peccato:intelligẽdæ ſunt cũ exceptione ſacratę virginis.ꝙ ipſa ſpeciali priuilegio exempta ſit ab hac obligatiõe:& quadã prærogatiua gratiæ pręſeruata/ne cõſpurcata fieret aut polluta tali labe. ¶Verũ ſępius datã hanc reſponſionẽ impugnãt aduerſarij/oblatrantes nulli ſeipſum vel aliũ a lege cõmuni exemptũ aſſerenti/credendũ eſſe:niſi priuilegiũ illud oſtendat & proferat in mediũ/illiuſq; fidem faciat. At huiuſmodi exemptionis ſacratæ virginis priuilegiũ neq; ſacra ſcriptura (dicunt) facit fidem/ neq; ſanctorum patrum authoritas/ neq; humana ratio/ neq; diuina reuelatio tanti quidem momenti ac ponderis vt illi merito ſit habẽda fides.Nõ eſt igitur hoc priuilegium/nulli (vt ferunt)innixum ſolido fundamento:adducendum in aſſertionem

Rhoma. 3.

Rhoma. 5.

Cauilli excluſio.

puritatis cōceptionis beatę virginis. ¶Cęterū qui hæc obiectāt
cum nullū contendunt eſſe robur aut auctoramentū huic quod
aſtruimus priuilegio: ipſi quatuor certa ſerie nominant/ a qui-
bus iſta exemptio corroboratur & ſolidatur. Si enim ſcrutantur
ſcripturas in quibus putant ſe vitam ęternam habere/ & nō de-
ficiunt ſcrutantes ſcrutinio ſed diligentius examinant: inueni-
Heſter. 15. unt ipſi ſacratiſſimæ virgini ſub typo Heſter reginæ a ſummo
rege dictum eſſe. non pro te/ ſed pro omnibus hæc lex cōſtituta
eſt. quid hac exemptione euidentius aut clarius adduci poſſet:
aut quis eam iure calumnietur? Simile huic eſt quod de ſacrata
Gene. 3. virgine in geneſi legitur. Inimicitias ponam inter te & mulie-
Prouer. 31. rem: & ſemen tuū & ſemen illius. Et illud. Multæ filiæ congre-
gauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. In cæteris qui-
Gene. 3. dem mulieribus: id locū habet. maledicta terra in opere tuo. de
Pſal. 84. hac vero ſingulari virgine. Benedixiſti domine terrā tuam. &
Lucę. 1. benedicta inter mulieres: ab angelo & ſancta Elizabeth prædi-
catur. Et ne in adducendis ſcripturæ teſtimonijs ſim operoſior
aut prolixior: ex rationibus cōpluſculis ſuperiore libro explica-
tis/ occurrent facile pmulta ex ſacris eloquijs deprompta: quæ
huiuſce priuilegij ſpecialis fidem faciant. Inſuper ex eiuſdē pre-
cedentis libri ratione viceſimaſexta aperte liquet: huiuſmodi
priuilegiū ſacræ virgini collatū / cōprobari ſanctorum patrum
grauiſſima authoritate. Ex ratione vero decimaſeptima & de-
cimanona euadit perſpicuum: humana etiam ratione tale pri-
uilegium fulciri. Denique ex præcedentis libri ratione viceſima-
octaua dilucidū eſt: huiuſmodi prerogatiuā deo ſacratę virgini
collatā/ diuina reuelatione eſſe ſuffultam. et ex triceſimaprima
ratione: eādē vniuerſalis eccleſię iudicio eſſe corroboratā. Deſi-
nant igitur cauillari aduerſarij/ illud gratuitū & peculiare mu-
nus exceptionis a contrahenda labe in cōceptione/ quod ſacræ
virgini ſingulariter eſt preſtitū: nullo niti firmo fundamento. &
tot munitū teſtimonijs: libenter nobiſcū fateātur. ¶Viceſima- 21
prima aduerſariorū obiectio. Qui ſacratiſſimā virginē Mariam
aſſerunt imunē fuiſſe a labe peccati: catholicæ fidei reſiſtunt/ cū
Auguſtinus dicat Auguſtinus libro quinto cōtra Iulianū. Omnes homines
vulneratos eſſe peccato prothoplaſti: apoſtolus probat cū dicit.
Rhoma. 3. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. dicendo omnes:
nullū excepit/ ſed totum declarauit genus humanū. peccauerūt
eni omnes: cū ex vno peccatore ōnes naſcūtur peccatores. Vos
autē dum aliquē excipitis: reſiſtitis fundatiſſimæ fidei. Nūquid
hæc apoſtoli verba/ falſa ſunt? quis audeat hoc dicere: niſi diui-
norū eloquiorū apertiſſimus inimicus? Nō eſt igit̄ hæc aſſertio
quæ fidei aduerſatur: cōſona veritati. ¶Reſpōſio. Qui ab vni-
uerſali enūciatione fidei/ proprio iudicio/ ſententia atque arbitrio

quemq̃ excipit/ nõ innixus diuinæ authoritati ſed ſolũ proprio ſenſui: is reuera fundamẽtis fidei reſiſtit/ temeritatis & arrogãtię merito arguendus. Qui vero a cõmuni lege eã excipit virginem: quam multis miraculis deus ſignificauit exceptã/ quã ſancti patres/ humana ratio pietati religionis conformis/ & totius eccleſiæ excepit iudiciũ: non reſiſtit orthodoxæ fidei/ ſed aſſentitur et q̃maxime ſuffragatur. Itaq; qui beatã virginẽ dicunt in conceptu/ labis cõtagioſæ fuiſſe exortẽ: nõ tam eam excipiũt a cõmuni lege obligationis Adæ/ q̃ a deo exceptã fuiſſe declarãt. Et quid mirum? cum nulla ferme inueniatur propoſitio tam vniuerſalis in quacũq; legis poſitione: quin interdum patiatur exceptionẽ ex ſingulari priuilegio legiſlatoris/ aut alia quauis honeſta cauſa. Siquidẽ omnibus hominibus ſtatutũ eſt diuina lege: ſemel mori. vt dicit pſalmus. Quis eſt homo qui viuet: & nõ videbit mortẽ? & ſecundus liber regũ inquit. Omnes morimur/ & quaſi aquæ in terrã dilabimur. & tamen ſentiũt nõnulli/ aliquos nõ intercedẽte morte corporis/ ex hoc mundo ad imortalem vitã traductos. et eos qui in cõſumatione ſeculi inueniẽtur viui: ſine morte intermedia ad ſortem imortalitatis transferendos. Nõne itidẽ de cunctis dei operibus in hoc pulcherrimo mundi opificio cõſtitutis dicit ſcriptura: q̄ ſtatuit ea in eternum & in ſeculũ ſeculi/ preceptum poſuit & non preteribit/ & tamen cum mare rubrum peruiũ prebuit iter populo dei/ cum Iordanis cõuerſus eſt retrorſum/ cum itidẽ ad preces Ioſue inclyti ducis: ſol diutius ſuũ diſtulit occaſum/ cũ regi Ezechiæ datum eſt ſignũ reuerſionis ipſius ſolis per decem lineas. cum deniq; fornacis Babylonicæ flamma abſumens Chaldeos circunſtantes: nullam intulit leſionẽ tribus pueris/ non ſeruata eſt naturæ lex rebus ipſis indita: ſed ſummus rerum conditor/ ſupra naturam eam ſuſpendit legem/ ad ſuam declarandam omnipotentiam. Rurſum. Nonne veſtimenta / calciamentaq; longo ſolent vſu humano natura atteri atq; conſumi? nam & ferreus aſſiduo cõſumitur annulus vſu. Attamen populi Iſraelitici veſtes & calcei per totũ illud quadragita annorũ ſpaciũ/ quo in deſerto demorati ſunt: nequaq̃ detrita ſunt aut vetuſtate abſumpta. Si autem id præſtitit beneficij deus populo ſuo peculiari & electo/ propter dignitatẽ & prærogatiuã ipſius ex quo Chriſtus erat ſecũdũ carnẽ naſciturus: nõne ob honorẽ materni tituli et nominis/ decuit & ſingularem illam virginẽ (ex qua veram noſtrę carnis ſubſtantiam erat ſumpturus dei filius) a communi lege excipi/ & ab omni macula in ſuo ortu preſeruari? ¶Certe ſi in alijs a deo illi elargitis muneribus precipuam eius dignitatem attendis: & hãc quoq; candidiſſimę puritatis in exortu dotem illi nõ detrahes. Eniuero dicit de ea beatus Ambroſius. Beata Maria

Hebre. 9. Pſal. 88. 2. Reg. 14. Pſal. 148. Exo. 14. Ioſue. 3. Ioſue. 10. 4 Reg. 20. Danie. 3. Deute. 29. Ambroſius

priuſq̄ conciperetur vel naſceretur: erat pręnunciata et deſigna-
ta miraculis/ nata vero de progenie diuinitus ordinata: priui-
legio virtutū inſignis emicuit. ſaluatorē condidit: a quo glorifi-
cata i cœlis/ nūq̄ terrigenis patrocinari deſiſtit. ❡Sane ꝙ mul
tifariam pręnunciata fuerit ſacrata virgo: liquet primū ex gene
Gene. 3. ſi. vbi a deo mulier cōtritura ſerpentis caput/ & inimicitias cū
Eſa. 7. eo habitura perhibetur. Necnon ex Eſaia: virginē filium cōce-
pturam & parituram pręnunciante/ itidem & virgam egreſſurā
Eſa. 11. de radice Ieſſe: vnde flos erat naſciturus. Eandē quoq; inſinuat
idē propheta/ terræ ſitiētis noīe: cum ſaluatoris noſtri ortū va-
Eſa. 53. ticinans ait. Et aſcendet ſicut virgultū coram eo: & ſicut radix
de terra ſitienti. Hieremias itidem ſanctus ex vtero matris/ hāc
Hiere. 31. pręclaram prænūciauit virginē: cum ait. Nouū faciet dominus
ſuper terram: mulier circundabit virū. Neq; prætermiſit ipſam
Ezech. 44 Ezechiel: ſed portæ clauſæ myſterio atq; ſignaculo/ eam poſt cō
ceptum et partum ſemper virginem futuram indicauit. Quod
Danie. 2. & Daniel identidem prophetico explicuit velamento: cū lapidē
exciſum de monte ſine manibus (qui ſtatuam percuſſit atq; cō-
minuit) Babylonico regi cōmemorauit/ nomine montis: pręcel
ſam ſublimēq; virtute beatā dei matrem deſignans. ex qua pro-
Eſa. 28. dijt nō humano ſed ſpiritus ſancti opificio/ lapis ille angularis/
probatus/ et precioſus: quem miſit dominus in fundamētis Si-
on. ❡Quomodo vero miraculis fuerit præſignata eadē clariſ
Exo. 3. ſima virgo: oſtendit imprimis rubus ille flagrans igni & tamē
incombuſtus/ Moſi viro dei in viſione oſtenſus: incōtaminatā
ipſius puritatem virginitatemq; intactam prædemonſtrans/ vt
Nume. 17. ſancta concinit eccleſia. Virga item Aaron quæ floruit ſine ter-
ræ adminiculo: fœcundam ipſius declarauit virginali ſeruata
Iudic. 6. integritate dignitatem. Demū vellus Gedeonis cœleſti rore ma
deſcens: eandem nobis declarat egregiam virginem ſpiritus
ſancti virtute fœtam/ imbreq; ſuperno perfuſam. ❡Neq; id ſolū
quod p̄dicauimus aſſecuta eſt eximia dei mater: ꝙ anteq̄ naſce
retur/ p̄nūciata, ꝓpheticis oraculis & miraculis deſignata ſit: ſed
Damaſce- & ante ſęcula p̄cognitiuo dei cōſilio (vt ait Damaſcen9) p̄diffini
nus. ta eſt. Elegit eni eā deus ante mūdi cōſtitutionē: vt eſſet ſancta
& imaculata in cōſpectu eius/ futuraq; filij dei mater. Vt iure di
Prouer. 8. cere potuerit id quod ex ꝓuerbijs eidē aſcribit. Dñs poſſedit me
in initio viarū ſuarū. anteq̄ quicq̄ faceret a principio: ab æterno
ordinata ſū/ et ex antiquis anteq̄ terra fieret. Nōdū erāt abyſſi:
et ego iam cōcepta eram. Rurſum & illud merito dixerit de ſe-
ipſa/ ſacratiſſima virgo Maria: quod ſcribit in Eccleſiaſtico. Ab
Eccli. 24. initio & ante ſęcula creata ſum/ & vſq; ad futurum ſæculum
non deſinā: & in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. Neq;
diſcrepat ab his inſignibus (quæ exortū eius longe pręceſſerūt)

pręnūciationibus atq; prędiffinitionibus : nouus eius in hanc lucem ingreſſus/parentibus effœtis cœleſti oraculo denunciatus poſt longa & grauia ſterilitatis opprobria/ vna cū nominis ipſius quo nūcupanda foret expreſſione. Vt enī ait beatus Ambroſius ī ſermone natiuitatis ipſius deiparæ virginis/ beata Maria nō fortuitu aut ſolū placito/ vt quidā putāt: ſed diuina diſpēſatione nomen accepit. Vides igitur nichil circa digniſſimā virginem geſtum eſſe: quod non ſingulare fuerit/ admirabile/ & ſublime. At quoniā in ſententia Ambroſij paulo ante adducta/ dicitur ipſa ſacra virgo priuilegio virtutum inſignis enituiſſe: & hoc quomodo perſpicuū euadat/ dilucidemus. Sane queadmodū beatus Gregorius ait in prologo ſuorum moraliū: ſancti patres veteris teſtamenti alij alijs virtutibus/ & ſinguli ſingulis emicantes: fuerunt vt ſtellæ quędam nocturno tempore/ ſubrutilo fulgore nitentes. Siquidē effulſit in ipſo Abel innocentia/ in Abraham obedientia/ in Dauid manſuetudo eximia / in Salomone ſapientia/ in Iob patientia : & ita in cæteris illius ætatis patribus/ quorū ſinguli virtute aliqua ſingulari reſplenduerūt. Verū cū exorto die ſol ſuos p mūdū ſpargit radios: copioſiores habet lucis opes & ampliorem claritatis copiam/ q̄ omnes illæ ſubluſtres ſtellæ/ quaſi omniū in ſe fulgorem ſupereminenter & vnice continens. Haud aliter Chriſtus antiquorū patrū virtutes ōnes in ſe collectim complexus/ cum finita veteris legis nocte nouū mundo diem ſuo aduentu intulit: multo lucidius virtutum omniū fulgore vnus/ q̄ omnes cęteri ſimul accepti emicuit. Præceſſerant ſiquidem illi: vt diuerſi diuerſas repręſentarent referrentq; virtutes, quarum omnium decorem/ ornatum/ & cumulum Chriſtus vt veritas in ſe erat habiturus: cui deus dedit ſpiritum non ad menſuram. Itaq; ſicut Chriſtum ad viros/ ita exigente id recta analogiæ ratione/ beatam virginē ad præclaras antiquæ legis mulieres cōferendo: comperimus eas, quæ præ cęteris memorabiles magis ſunt & virtute pręſtantiores/ ſingulas peculiari aliqua virtutis eminētia floruiſſe. Siquidem in Sara enituit inſignis ad virū ſuum obſeruantia/ & ſeris in annis fœcunditas. In Raab fidelitas in occultandis exploratoribus. In Iudith vidualis continētia. In Heſter liberandi ſui populi zelus. Deniq; in Suſanna coniugalis caſtitas/ & aliæ in alijs mulieribus virtutes effulſerunt. Verū hæc noſtra virgo inter mulieres benedicta: omniū in ſe veteris teſtamenti mulierū virtutes vna poſſidet/ vnice colligit/ collectimq; cōtinet/ vt omnium cæterarū veritas/ exemplar & archetypa: in ſe ſola complexa quicquid perfectionis in alijs ſparſim elucere conſpicias. vt merito hæc extra omnem mulierū aleam cenſenda ſit: quæ omnibus cęteris dignitate/ præcellētia & præſtabilitate ſit emi-

Ambroſius

Gregorius

Quanta ſit beatę virginis ſup oes mulieres excellentia.

Ioan. 3.

Gene. 21.
Ioſue. 2.
Iudith. 8.
Heſter. 4.
Danie. 13.

nentior. neqꝫ ab re ad abſolutã & cõſumatam ipſius cõmenda-
Hieronymus. tionem repetendum hic videatur: quod ex Hieronymo in ſupe
riore libro de ipſa dictũ meminimus. vtpote q ceteris per par-
tes pręſtatur gratia: Mariæ autem ſe totam infudit gratię ple-
nitudo. Sed quid tantopere prędicandis ſacroſanctæ virginis
laudibus imoramur ac inſiſtimus? eam ob rem profecto/vt cla-
rius agnita eius incredibili ac ineffabili excellentia: ſibi omnes
facile perſuadeant/atqꝫ in eam inducantur ſentẽtiam: inter tot
& tanta dona cœleſtia/& hanc (quam aſſerimus) in conceptu
puritatem/eidem nequaq̃ defuiſſe: ſed etiam a deo indultã eſſe.

¶ Beatã virginẽ in cõceptione purã fuiſſe: nec Chriſtianæ re-
ligioni nec veritati aduerſari. Cap. XII.

Viceſimaſecunda aduerſariorũ obiectio. Qui beatam 22
virginem Mariam in conceptione dicunt fuiſſe purã
a labe originali: Chriſtianæ religioni ſunt infeſti/cũ
Auguſtin9 dicat Auguſtinus libro ſexto contra Iulianũ. Omnes
ad mortem per Adam: omnes ad vitã per Chriſtũ.
1. Corin. 15 quia ſicut in Adã omnes moriũtur: ita in Chriſto õnes viuifica-
buntur. Ex prima origine generis humani/ nemo ad mortem:
niſi per Adam. nemo ad vitam: niſi per Chriſtũ. Vos autem cũ
non õnes ſed multos/ſiue per Adam condẽnatos/ ſiue per Chri
ſtum liberatos vultis intelligi: horrẽda peruerſitate Chriſtianæ
religioni eſtis infeſti. Non eſt igitur aſtruenda huiuſmodi puri-
tas in conceptione beatæ virginis. ¶ Reſponſio. Aſſertio imu-
nitatis a peccato in primo ſacræ virginis exortu/non modo nõ
aduerſatur Chriſtianæ religioni: ſed plurimum ipſi aſtipulatur/
acceditqꝫ pietati fidei & maiori reuerentiæ Chriſti. Qui eni cõ-
fitetur digniſſimã dei matrem nunq̃ fuiſſe alicui ſubiectam pec-
cato/magis eam honorat & filium dei qui ex ea carnem imma-
culatam ſumpſit: q̃ is qui contendit ipſam aliquando ſubia-
cuiſſe contagio peccati. Et certe ipſa Chriſtiana religio/ pietas
fidei/reuerentia in deum/pia affectio in ſacra myſteria perfecta
in glorioſa virgine: melius ſeruatur/ illam q̃ hanc aſtruendo
ſententiam. Cæterum beatus Auguſtinus in loco ſupradicto/
& aliis contra Iulianũ (qui ab aduerſariis coploſe adducuntur:
ad ſuæ partis cõprobationem) nõ loquitur in eos qui aſſeuerãt
beatã virginẽ fuiſſe conceptã ſine contagio peccati: ſed in hęre-
ticos negantes generatim peccatum originale contrahi ab iis/
qui cõmuni naturæ lege naſcuntur. Aſſeruerũt enim Pelagius/
Iulianus & cæteri eiuſdem ſectæ dogmatiſtæ: paruulos cum
primũ concipiuntur haudquaq̃ contrahere peccatum origina-
le/q̃uis etiam nullum circa eos factum fuerit diuinæ præſerua-
tionis priuilegium. quæ ſane impietas: & veritati & ſacræ ſcri-
pturæ magiſtræ veritatis prorſus repugnat: & ab Auguſtino co

pioſe & luculenter confutatur. Verum cum rationes Auguſtini & dicta/ quibus ſupradictorū hereticorū damnat & improbat inſaniam/adducuntur ad oſtendendum beatam virginē fuiſſe contaminatam originali noxa:perperam applicātur/& contra ipſorum authorum intentionē/ad extraneum propoſitū. Nempe loquūtur vniuerſaliter ſancti doctores (cum de hac contra impios diſſerunt materia) de iis hominibus : qui non ſunt diuina benedictione in conceptu præuenti.& non de ſacra ſemper virgine:quæ ſingulariter fuit exempta. quare trahentes ipſorum verba ad beatā virginē:nō recte ea applicāt neq; ratiocinantur. ¶Porro nōnulli aſtruere conati ſunt: nullos paruulos dum cōcipiuntur infici inquinamēto ex origine cōtracto.quod omnino (vt dictum eſt) ſcripturę & eccleſiaſticæ aduerſatur determinationi. Alii vero ex oppoſito aſſeruerūt/omnes homines ex carnali parentū cōſortio progenitos cōtrahere huiuſmodi labem:cui & puriſſimā virginē Mariā poſuerunt obnoxiā. Et hi quoq; aberrant a veritate:ꝙ eam quā deus exemit nō excipiūt. Eccleſiaſtica vero determinatio/inter has duas poſitiones reiectitias mediā ſanxit ſententiā: beatā ſcilicet virginē nequaq̄ illi ſubiacuiſſe tabi cōtagioſæ / cęteros autē omnes ex parentū propagatione æditos:illam cōtrahere deformitatē originis. Et hęc ſententia veritati eſt cōſentanea:& ab omnibus veritatis amatoribus amplectenda. vt hoc pacto (quēadmodum ſępe alias) inter duos errores extremos tāq̄ Scyllam & charybdim: media ſedem ſuam collocet veritas/cymbamq; ducat ſecuram pericu-

Sententia eccleſiæ inter duas impietates media.

23 li ad tutū veræ cognitionis portum. ¶Viceſimatertia obiectio. Eſſe omnino ſine peccato cuiuſq; generis:dignitas eſt & perfectio/a ſanctis ſoli Chriſto attributa. Dicit eni Auguſtinus ſuper pſalmū 140. Solus Chriſtus eſt/in quo nullū inuentū eſt peccatū:qui ſolus veriſſime potuit dicere. Ecce venit princeps mūdi huius:& i me nō habet quicq̄. In eo ſane nullā culpā/nullū reatū inuenit:qui ſolus inocentē ſanguinē fudit. Idē ſup pſalmū 50. Solus Chriſtus inter homines vere dicere potuit. Si in me iueniſtis peccatū:dicite. quia in eo ſolo peccatū nullū fuit. Rurſum Ioannes Chryſoſtomus. Admiranda eſt Chriſti ſingularis excellentia: vt nullus hominū veraciter dicere potuerit/quis ex vobis arguet me de peccato? niſi ſolus ille qui peccatū non habuit. Si igitur beata virgo ſeipſam ſine peccato eſſe aſſeruiſſet; decepiſſet ſe (inquiunt) & decepta fuiſſet. Non eſt ergo illa ſingularis Chriſti dignitas/ ſacræ virgini aſcribenda. ¶Reſponſio. Sancti patres / ſoli inter homines Chriſto attribuentes impeccabilitatem:glorioſam ipſius matrem non ſecludunt ab hac peccati immunitate. quinpotius & ipſam ſub eo propter conformitatē & identitatem ſubſtantiæ/ compræhendunt.

Auguſtin9 *Ioan. 14.* *Ioan. 8.* *Chryſoſtomus.*

Attamen digniore gradu & altiore cõuenit huiuſmodi impec-
cantia Chriſto domino noſtro: q̃ eius digniſſimæ parenti. Illi
enim quodã modo natura cõpetit: ꝙ nõ ſit ex parentũ propaga
Qz aliter ĩpeccãtia cõuenit Chriſto & beatę virgini. tione æditus / vnde peccatũ primã ſumit originẽ. Huic vero gra
tia id indultũ: ꝙ nuptiali procreata thoro a deo ne coinquina-
retur eſt pręſeruata. Chriſtus item propter vnionẽ hypoſtaticã
diuinitatis cũ humanitate: a ſe vt deus eſt / huiuſmodi habet in-
cõtaminatã puritatem / vnitæ ſibi noſtrę ſubſtantiæ cõmunica-
tam. Beata autẽ virgo / ab alio ſortita eſt ſingularẽ illam inocẽ-
tiam: vtpote a deo bonorũ omniũ largitore. Quod autem per
ſe eſt tale / ſuapteq; natura & a ſe: magis eſt tale eo / quod per al-
terũ & aduentitio munere eſt tale. Deniq; iuſtitia & innocentia
Chriſti eſt vniuerſalis / defluens ab eo vt capite in ſingula mem
bra: vt vniuerſale deleret peccatũ Adæ / quod in õnes poſteros
ſerpit. Beatæ autẽ virginis iuſtitia eſt particularis / & in vno cor
poris myſtici membro: ſine deriuationis in cętera membra offi
1 Corin. 1. cio. Proinde Chriſtus nobis factus eſſe dicitur iuſtitia & ſancti-
ficatio: non autem ſic beata virgo. Qui vero iuſtus eſt & alios
iuſtificat: perfectiore pollet iuſtitia / q̃ is qui aliorũ iuſtificatricẽ
nõ habet neq; cõfert virtutẽ. Nullus ergo putet ſacram virginẽ
falſo errore deceptã fuiſſe / aut ſui opinione vane eluſam: ſi ſe-
ipſam ſine peccato fuiſſe exiſtimauerit aut dixerit. Nam id ſin-
gulare dei donũ ſibi ipſi non tribuit: ſed vt erat humillima atq;
ſuſceptorũ bonorũ memor / deo illud omnino aſcripſit. a quo cũ
iugi & perenni gratiarũ actione / cuncta bona ſe accepiſſe cõte-
Lucę. 1. ſtata eſt: cũ ait. Quia fecit michi magna qui potens eſt: & ſan-
ctum nomen eius.

¶ Ex authorũ qui maculatã aſſerunt beatæ virginis cõceptio-
nem / numeroſa turba: non cõfici quod intendũt. Cap. XIII.

Viceſimaquarta aduerſariorum obiectio. Non eſt 24.
vſq; quaq; refellenda ſententia: quam patres an-
Iob. 12. tiqui doctrina & virtute pręclari / authoritateq;
graues aſtruxerũt. in antiquis eñi (vt ait Iob) eſt
ſapientia: & in multo tẽpore prudẽtia. Atqui ſa-
croſanctam virginẽ fuiſſe in cõceptione macula-
tam originali labe: q̃ plurimi patres antiqui / litte
rarũ ſplendore / viteq; ſanctitate cõſpicui / & au-
thoritatis nõ contẽnendæ aſſeruerũt. Siquidẽ ducenti & quin-
quaginta authores admodũ celebres certa ſerie digerũtur ab
ijs qui maculatã cõtendũt virginis originẽ / & recẽſentur in ca-
talogũ: qui ſcripto reliquerũt illam de labefacta virginis con-
ceptione ſententiã / & aſtruendã putarũt. Non eſt igitur reijciẽ-
da illa poſitio: tot & tantorũ virorũ munita teſtimonijs. ¶ Re-
ſponſio. Quẽadmodũ in triceſimę rationis deductione / ſupiore

libro dictum eſt: pro varia temporum conditione alio & alio modo ferendum eſt iudicium/& ſua cuiqꝫ tempori accommodanda ſententia. Authores quidem illi quos afferunt aduerſarij: ſecuti ſunt ſententiam ſuo tempore vulgatiorem & magis tritam/ cum necdum ad vnguem agitata foret hęc inquiſitio/ neqꝫ vniuerſalis eccleſiæ decreto definita. At poſtea temporis(quę parẽs veritatis dicitur)ſucceſſione/acutius diſcuſſa eſt illa diſceptatio: & in oppoſitam partem cum a recentioribus authoribus/tum a totius eccleſiæ authoritate determinata. Quare huic poſteriori ſententiæ ſtandum potius eſt/ & venia priſcis ipſis ſcriptoribus facile danda: ꝙ ipſius veritatis ſyncęritatẽ tẽporũ iiuria nõ omniquaqꝫ attigerint. quinimmo et magna ipſis habenda gratia: ꝙ ſuis elucubrationibus/poſteris pręſtiterit materiam/id negocij exactius diſcutiendi/occaſionemqꝫ præbuerunt inueſtigandę poſtea diligentiori indagine veritatis. queadmodũ Ariſtoteles ait agendas etiam eſſe gratias philoſophis qui in rerũ ſenſibilium natura indaganda aberrarunt a recto/et falſas poſitiones pro veris aſtruxerunt: quoniam dederunt occaſionem poſterioribus perueſtigandæ exactius & tandem deprehendendę veritatis. Enimuero conſimili ratione non auſus eſt ſacer Hieronymus aſſertorio definire iudicio: ſacratam virginem Mariam cum anima ſimul & corpore glorificato in cœlũ eſſe aſſumptã. Beatus vero Auguſtinus id poſtea & pie et vere aſtruxit in libello de aſſumptione beatę Marię/luculentiſqꝫ rationibus eam approbauit ſententiam: quam ſine hæſitatione tota ſequitur eccleſia catholica. Sic ante tempora Hieronymi & Auguſtini/ eaqꝫ adhuc tempeſtate qua vitam agebant in terris: magna verſabatur controuerſia de origine animę rationalis. an ortum haberet ex traduce parentum/an omnes ſimul in mundi exordio fuerit a deo creatę/aut potius ſingillatĩ deducãtur ad eſſe diuina virtute: cum corpori humano in vtero materno diſpoſito ſunt infundendę. Nunc vero poſtremam illam ſententiam vniuerſalis ſequitur eccleſia: innitens illi dicto pſalmi. qui finxit ſingillatim corda eorum/id eſt animas hominũ. Sic et in alijs frequẽtius vſu venit: antiquiores vnam habuiſſe ſententiam/ recẽtiores vero ampliori facta diſcuſſione oppoſitam. & tunc potiꝰ accedendum eſt diffinitioni recentiorum: qui antiquorum rationes perſpexerũt non omnino militare pro veritate/& nouas adinuenerunt prioribus acriores atqꝫ vrgentiores. Antiqui vero non ita exploratas habuerunt rationes poſteriorum: quas vbi cognouiſſent fortaſſe mutaſſent ſententiã. Proinde ab antiquis non inepte dictum eſt: veritatem eſſe filiam temporis. quoniam quę a vetuſtioribus necdum ſatis comperta eſt veritas: temporis lapſu atqꝫ ſucceſſione tandem elucidatur/ innoteſcit atqꝫ di=

Hieronymus.

Auguſtinꝰ

Pſal. 32.

noſcitur. Sane quemadmodum atteſtatur venerabilis Beda: in
Beda. expoſitione huius euangelij apud Lucam decimo cap. cõſcri-
pti. beati oculi qui vident quæ vos videtis. per incrementa tem
porum: creuit diuinę cognitionis augmentum. Apparuit enim
Exo. 3. deus Abraham. ſed longe poſt Moſi viſus: dicit. Ego ſum deus
Abraham/ & deus Iſaac/ & deus Iacob: & nomē meum Adonai
non indicaui eis. Quibus verbis plus aliquid de deo Moſes: q̃
præcedentes patres cognouiſſe oſtenditur. Beatus etiam Dauid
multis poſt ſæculi temporibus natus: manifeſte clamat dicens.
Pſal. 118. ſuper ſenes intellexi. quod eſt aperte dicere. Præ cunctis qui an-
te me fuere patriarchis & prophetis: ſubtilius aliquid de dei ma
ieſtate cognoui. Quid vero de ſanctis iã dicatur apoſtolis/ qui
ab ipſa & per ipſam dei ſapientiam eruditi/ cuncta quę de cœle
ſtibus et diuinis humana poterat ſufferre ſapiẽtia: pleniſſime di-
dicerunt. Hæc Beda in ſupradicta homelia. Si igitur in veteri
teſtamento per interualla temporum ãplior dei cognitio a pri-
ſcis patribus eſt habita: vt poſteriores luculentius de deo mul-
ta cognouerint q̃ priores/ cur non & in nouo id factum eſſe fa-
teri liceat/ vtpote permulta a poſterioribus exactiore indagine
aut ſtudij vigilantia / aut cumulatiore dei gratia eſſe percepta:
quæ priores antiquioreſq; latuerunt. Non enim deus omnia
ſimul hominibus vno reuelat ſęculo/ aut eodem temporis cur-
riculo: ſed pro incompræhenſibili ſua prouidentia / ſingula
ſuis deſignat temporibus diſpenſanda. Itaq; placuit ineffabili
eius bonitati huiuſce rei quæ diſcutitur veritatem poſteriori-
bus noui teſtamenti ſęculis atq; temporibus magis elucidari/
q̃ prioribus. & laudanda eſt impenſius admiranda ipſius gra-
tia: quæ rei illius lucem humanis mentibus nunc demum am-
plius q̃ retro actis ſæculis infudit. Quemadmodum myſterium
illibatæ virginitatis ſuæ ſacroſanctę matris/ non ſtatim omni-
bus paſſim diuulgari voluit Chriſtus/ ſe ad tempus ex caſto na
tum coniugio haberi paſſus eſt apud vulgatam hominum ſen-
tentiam: quoad miſſo ſpiritu ſancto/ illius maternę virginitatis
prædicandæ tempus oportunum adeſſet. ¶Secũdo/ ſupradictæ
obiectioni adhibenda eſt reſponſio/ puritatem conceptionis ſa-
cratiſſimę virginis etiam aſtrui a ſanctis doctoribus/ eruditione
& vitę ſanctitate pręſtantibus: quorum in eccleſia plurimum
valet authoritas/ vt in præcedentis libri viceſimaſexta ratione
monſtratum eſt. Neq; hoc quenq̃ moueat/ ꝙ non tantus fortaſ-
ſe eſt ſacrorum authorum numerus qui haſce tutantur partes
immaculatæ conceptionis virginis: quantus eorum qui ab ad-
1. Macha. 3 uerſarijs citantur & adducuntur in teſtimonium ſuæ poſitionis.
quoniam non in multitudine exercitus conſiſtit victoria belli:
ſed robore militũ et ſtrennuitate/ quinimo de cœlo potius q̃ ex

hominibus fortitudo eſt. Non enim eos pręterit: inſignem di-
uinę legis propugnatorem Iudam Machabeum paucis militi- 1. Macha. 3
bus fretum/ copioſas impij Antiochi vires contriuiſſe. aut for-
tem Sampſonem in maxilla aſini mille ſtrauiſſe allophylos. aut Iudic. 15.
ipſum denicꝫ Dauid in funda et lapide: terribilem et gigantea 1. Reg. 17.
mole horrẽdum Goliath deuiciſſe. Omnis enim ille authorum
numerus (quo chartas & membranas implent) beatam virgi-
nem Mariam in conceptu maculam contraxiſſe aſſeuerantium/
etſi etiam decuplo eſſet maior atcꝫ cumulatior: exiguum quid-
dam eſt & parũ authoritatis habet ad ſacram ſcripturam/ quę
manifeſte aſſerit candidiſſimam virginem ab omni penitus ma
cula peccati in conceptione fuiſſe alienam. Cum enim puriſſi-
mam domini noſtri carnem ipſa ſcriptura ab omni eximit con-
tagione criminis: quis niſi cęcutiens non videt/ et ſanctiſſimæ
virginis carnem (de qua ſumptum eſt ſacroſãctum domini cor-
pus) etiam a ſcriptura aſtrui nullius vnq̃ peccati ream? Nam ſi
radix ſancta: teſte apoſtolo et rami ſancti. quare conuerſo ordi- Roma. 11.
ne/ ſi ramus ſanctus eſt: & radicem ex qua is enaſcitur/ ſanctam
quocꝫ eſſe neceſſe eſt. Nullus autem ignorat: omnem humanã
aſſertionem/ ſcripturæ ſacrę teſtimonio cedere debere: quæ ſo-
lidiſſima eſt / ſolui non poteſt / necꝫ a ſua firmitudine aut ve-
ritate decidere. Eius ſiquidem certitudo / ſtabili conſtat fun-
damento: ſupra firmam veritatis petram collocata. longecꝫ ſo-
lidiore nititur baſi/ q̃ humanarum aſſertionum propoſitiones:
in alterutram partem vacillantes/ et huc illucꝫ fluctuãtes. Cũ
igitur ſacrę litterę eas tutentur partes quas aſtruimus: totam ſci
licet pulchram eſſe beatam virginem & maculam in ea non in- Cant. 4.
eſſe/ quęri illius peccatum ab aduerſarijs non tamen inueniri: Pſal. 9.
hac ſola mãdibula totus Philiſteorũ elidit exercitus/ Sãpſonia
vibrãte dextra. Hac dauidica funda et lapide: Goliath frõs ino
pinato percutitur/ & deſtitutus viribus gigas in terrã ſemiani-
mis procumbit. quandoquidẽ contra diuina eloquia fruſtra acu
unt linguam humana ingenia: nequicq̃ moliuntur calũniã aut
cauillos/ adiuẽtiones hoĩm. ¶ Tertio eidẽ obiectioni poſtremo
ab aduerſarijs adductę/ etiam recta poteſt aſſignari hęc dilutio:
pleroſcꝫ eorũ quos in ſuę partis defenſionẽ ãnumerãt atcꝫ aſci-
ſcũt authorũ/ contra puritatem conceptionis beatę virginis ni-
chil penitus ſuis ſcriptis aut dictis agere: ſed ſolum contra illorũ
hæreticorum impietatem atcꝫ inſaniam/ qui deſtruxerunt om-
nino in paruulis originale peccatum: negauerunt qꝫ ipſos
cum eluuie illius peccati concipi. Contra quos clariſſima ec-
cleſię lumina Hieronymus/ Auguſtinus/ Ambroſius & Grego-
rius & alij eximij patres intenderunt arcum/ exacuerunt iacu-
la: & ex veritatis pharetra deprompta tela intorſerunt. Verum

aduerſarij/rationes et aſſertiones dictorũ ſanctorum patrũ ad deſtruendũ id impiũ dogma poſitas: perperã applicant ad inferendam maculam conceptioni ſacratiſſimę virginis. cum de ea & cęteris paruulis non idem ſumendum ſit iudicium: propter ſingulare ipſius deiparæ matris priuilegium. quemadmodum paulo ſuperius in diſſolutione viceſimęſecundę obiectionis eſt oſtenſum. Credendũ ne eſt obſecro ſanctos illos & egregios patres / tanq̃ propriam ignorantes vocem: contraria ſibijpſis aut aduerſa ſenſiſſe aut dixiſſe? aut quod vno dixerunt loco: poſtea tanq̃ canentes palynodiam retractaſſe atq; repudiaſſe? Atqui ſupradicti authores liquido conteſtati ſunt: ſacroſanctam virginẽ originalis mali contagia nunq̃ ſenſiſſe/ vt precedentis libri viceſimaſexta ratio dilucide patefacit. Inſuper Auguſtinus i quodam ſermone de beata virgine dicit. Quis potuit in huiuſmodi anima vel carne locus eſſe viciorum: quando ad cœli vicem cõtinentis omnia/domini templum eſt effecta? Quid dignius hac virgine: quid ſanctius in humani generis ſerie potuit inueniri? Et Ambroſius in libro de ſancta virginitate Marię ait. Nec mirum ſi dominus redempturus mundum: operationem ſuam inchoauit a Maria. vt per quam ſalus omnibus parabatur: eadem primo fructum ſalutis hauriret ex pignore. Quid enim nobiliꝰ dei matre? quid ſplendidius ea: quam ſplendor elegit? quid caſtius ea: q̃ corpus ſine corporis contagione generauit? Vt de cęteris eius virtutibus taceam: virgo erat non ſolum corpore/ſed et mente. Deniq; Hieronymus ad Paulam & Euſtochium ſcribẽs: quicquid hũanis (inqt) poteſt dici verbis: minꝰ eſt a laude virginis. Atqui id & mẽte concipere poſſumus/ et ore facile exprimere: q̃ immaculatus fuerit eius conceptus. Id igitur dicentes: & vere eam laudamus/ & tamen adhuc omnimodã eiꝰ laudem aſſequi non poſſumus. ¶ Præterea Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro contra Neſtorium inquit. Poſt filium/temerarium eſt ponere in Maria virgine maculam aliquam aut peccatum. Vbi aperte omnem a ſemper ſancta virgine maculã excludit: quare & originalem. ¶ Rurſum & alter inſignis author (cui nomẽ Hẽrico eſt) in quodã ſermone de beatę virginis cõceptione ait. Sacratiſſimã virginem/quam deus ab ęterno pręordinauit vt eſſet mater dei: ſub poteſtate diaboli fuiſſe/ et peccati ſorde infectam: ſentire non audeo/ dicere pertimeſco. Et paulo poſt. Quis hanc virginem ſub ira dei vnq̃ fuiſſe audeat dicere: per quam ſibi deus genus humanum/ tanq̃ per mediatricẽ recõciliare voluit? Dicat qui velit: ego dicere id non audeo nec ſentire/cum in multis ſcripturis videamus eam exemptam a lege communi fuiſſe. ¶ Poſtremum audiatur & ſanctus Bernardus/ vnicus omnino ſanctę virginis amator. Magna fuit (ait) ſancti-

Auguſtinꝰ

Ambroſius

Cyrillus.

Henricus.

Bernardus

ficatio Hieremiæ:qua potuit vitare faciliter culpam mortaliū. Maior ſanctificatio Ioannis Baptiſtę:qua potuit vitare frequē tiā venialium. Maxima/virginis Mariæ: qua potuit vitare/im mo vitauit omne peccatū. ¶Q si inſurgat aduerſarius/obijciens Bernardum ibidem loqui de peccato volūtatis ſiue actuali:quod a nobis ſponte poſt liberum rationis vſum cōtrahitur. Non autē de originali:cum in epiſtola ad canonicos Lugdunenſes(de qua in cap.ſequenti fiet amplior diſcuſſio) ſentire cēſeatur:beatam virginem in cōceptu/minime ſanctitate donatam fuiſſe aut adornatā. ¶Eſto/loquatur inibi Bernardus dūtaxat de actuali peccato/quod proprie a nobis vitari aut nō vitari dicitur/ne ea de re inanis oriatur contentio:nichilo ſecius ex ſupradictis ipſius verbis id conſequio trahitur/ quod intendimus.Nam vt pręcedentis libri viceſima ratio oſtendit:ex im munitate omnimodi peccati actualis/recte arguitur incontaminatio & puritas a labe originali.quoniam vbi illud non ſucceſſit/aut poſterius habuit locum:neq; hæc anteceſſit/ aut tabem animę prius intulit.Cum itaq; ex adducta modo Bernardi ſententia/ beata virgo omne vitauerit peccatum etiam veniale: apte & probe conficitur eandem triſte originis contagiū nunq̄ etiam ſuſtinuiſſe.Ad quod itidem comprobandum/complures ſanctorum patrum authoritates in viceſimaſexta ratione primi libri citatę ſunt atq; in medium allatæ.Quocirca ab amplio re conſimilium ſententiarum adductione nunc ſuperſedēdum eſt:ne in re clara teſtibus vti videamur non neceſſarijs.Ex illis autem et his/copioſius congeſtis: cuiq; dilucidum eſſe poteſt q̄ libera & clara voce conteſtantur hanc(quā aſtruere nitimur) conceptionis puritatem percelebres viri.An putandum igitur eſt eos tam craſſo fuiſſe ingenio/pinguiq;(vt aiunt)minerua:vt hanc immaculatę conceptionis ſententiam iidem alio in loco ſuorum ſcriptorum damnauerint/īprobauerint aut repudiauerint?Nō ſinit plane hoc de ipſis ſuſpicari: mētis ipſorū ſoliditas/animi conſtantia/grauitas & maturitas/a more puerorum idem modo affirmantium modo negantium longe abhorrēs. Quare non omnibus/quas aduerſarius ſanctis patribus aſcribit authoritatibus:leuiter credendum paſſimq; putauerim. nā aut non omnes ſic ab eis dictę/aut in alium ſenſum exiſtimari poſſunt prolatæ : q̄ ſit is ad quem aſtruendum adducuntur/ aut benignam interpretationem recipere queunt: qua noſtro non aduerſentur propoſito.vt ex ſuperioribus amplius ac dilucidius conſtat.

Obiectiōis excluſio.

¶Quis nonnulli repręhenderint ſolennitatem conceptionis virginalis celebrari:id tamen non conuincit maculam in eius fuiſſe conceptu. CAP.XIIII

VIceſimaquinta obiectio. Celebratio ſolennitatis
de conceptione beatæ virginis/ a nonnullis gra
uibus viris non minus eruditione q̄ virtute prę=
claris legitur repræhenſa atq; damnata. vt a ſan
Bernardus cto Bernardo in epiſtola ad canonicos Lugdu=
nenſes ita ſcribente. Vnde miramur ſatis quid
viſum fuerit hoc tempore quibuſdam veſtrum:
voluiſſe mutare colorem optimum/ nouam in=
ducendo celebritatem (vtpote conceptionis glorioſæ virgi=
nis) quam ritus eccleſiæ neſcit: non probat ratio/ non com=
mendat antiqua traditio. nunquid patribus doctiores aut de=
uotiores ſumus? Periculoſe præſumimus: quicquid in talibus
Bonauentura. ipſorum prudentia præteriuit. Inſuper ſanctus Bonauentu=
ra in prima queſtione tertiæ diſtinctionis tertij libri ſenten=
tiarum dicit/ ꝙ nullius conceptionis ſolennitatem celebrat ec
cleſia: niſi ſolius filij dei/ in annunciatione beatæ virginis Ma
rię. Deinde ſubnectit. Sunt tamen aliqui/ qui ex ſpeciali deuo=
tione celebrant conceptionem beatę virginis: quos nec om=
nino laudare/ nec ſimpliciter audeo repręhendere. Non om=
nino approbare audeo. eo ꝙ ſancti patres qui alias ſolennita=
tes virginis ſpiritu ſancto docente ſtatuerunt/ qui etiam ma=
gni amatores et veneratores beatæ virginis fuerunt: conce=
ptionem eiuſdem virginis celebrare non docuerunt. Et ita de
reliquis: quæ in eandem ſententiam proſequitur eodem loco.
Non autem damnarēt iſti hanc celebrationem: ſi in cōceptio=
ne beatæ virginis affuiſſet ſanctitas & gratia ſanctificans. Id
igitur argumento eſt: ipſam virginis conceptionem non ſine
tabe peccati fuiſſe. ¶ Reſponſio. Sancti & doctrina inſignes vi
ri ſuperius adducti / non tam ipſam damnauerunt celebra=
tionem feſti conceptionis virginalis: q̄ modum celebran=
di eorum qui id primum attentarunt proprio ſenſu/ et ſine vni=
uerſalis eccleſię iudicio. quod vtiq; eſt repræhenſione dignū.
quoniam non caret nota pręſumptionis aut temeritatis: cum
quid nouum inducitur proprio arbitratu atq; ſententia/ quod
ſolū publica ordinatiōe debet ſāciri. Id planc ex verbis Bernar
di in calce eiuſdem epiſtolę poſitis/ ſatis cōſtat: vbi dicit. Nul
la ratione glorioſę virgini placebit contra eccleſię ritum præ=
ſumpta nouitas: mater temeritatis/ ſoror ſuperſtitionis/ filia le=
uitatis. Nam ſi ſic videbatur/ conſulenda erat prius apoſtolicę
ſedis authoritas: & non ita pręcipitanter atq; inconſulte/ pau=
corum ſequenda ſimplicitas imperitorum. Nunc autē non ea=
dem militat ratio: quando vniuerſalis concilij/ apoſtolici pon=
tificatus/ et eccleſiæ catholicæ determinatione indicta eſt &
recepta iſta ſolennitas: ex pia deuotaq; fidelium religione nō

ſine diuino (vt crediderim) inſtinctu/ mirum in modum approbata. Non ergo nunc aut leuitatis aut temeritatis vicio notari poſſunt: qui hanc ſolennitatem tantopere probatā religioſe colūt. Sane locutus eſt Bernardus pro ſui temporis conditione: quo necdum fuit vnanimi fidelium ritu & conſenſu inducta huiuſmodi celebratio. Nūc vero ſi adeſſet: aliter (vt reor) ſentiret. nam in eiuſdē epiſtolę fine/ ſeipſum modeſte ſubmittit ipſius apoſtolicę ſedis ſententiæ atq͂ diffinitioni: cum ait. Quæ autem dixi: abſq͂ pręiudicio ſane dicta ſunt ſanius ſapiētis. Rhomanæ pręſertim eccleſię authoritati atq͂ examini/ totum hoc (ſicut & cętera quę eiuſmodi ſunt vniuerſa) reſeruo: ipſi⁹ ſiquid aliter ſapio/ paratus iudicio emendare. Neq͂ tamē magnopere curandum eſt/ ſi dixerimus Bernardum eo in loco repræhendiſſe ſimpliciter celebrationem ſolennitatis ipſius conceptionis virginalis: quoniam exiſtimauerit illam ſuo iudicio non eſſe colendam/ q͂ ſenſerit fortaſſe ſui temporis vulgatiorem ſecutus ſententiam: glorioſę virginis conceptum ſine ſanctitate et gratia fuiſſe factum. quemadmodum ipſius epiſtolę contextus et ratiocinatio: ſatis prodit. ¶ Verum non ſtudio contradicendi tanto & tam celebri viro (cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti) ſed veritatis defenſandę/ quę poſt eius tempora hac in re magis explicata eſt & elucidata: rationes eius in oppoſitā adductas partē paucis diluere hic annitar/ vt omniquaq͂ conſtet veritatis claritas. Et paucis dixi. nam diffuſior earum diſſolutio: ex ſupradictis haud magno impendio colligi poteſt. Cum itaq͂ percontatur eo loco ſacer Bernardus/ cur honorandus eſt beatę virginis conceptus: adhibemus reſponſionem. quia ſanctus fuit: & a labe originali immunis. neq͂ hanc aſſignamus cauſam: quia ipſe conceptus ſanctum pręceſſit virginis natalem. Non enim admittimus priorem conceptum a ſequente virginis natiuitate ſanctitatem eſſe mutuatum: ſed propriam in ſe & pręſentem obtinuiſſe deo authore ſanctimoniam / a qua & ſanctus fuit ipſe conceptus/ & deinde ſancta eius natiuitas. quę a puritate potius conceptus: ſuam ſortita eſt ſanctitatem. Neq͂ eadem ratione vtriq͂ beatę virginis parenti/ aut auis/ aut proauis/ feſtos honores deferendos aſſerimus: quoniam nullius eorū cōceptū ponimus ſanctū per pręuiā dei benedictionē/ queadmodū beatę virginis/ ex qua dei filius immaculatā erat carnē ſuſcepturus. Qui ſicut ſecundū corpus poſt mortē repoſitus eſt in ſepulchro nouo/ in quo nullū ante cadauer fuerat poſitū: ita i exordio incarnationis decēter requieuit in virgineo thalamo / in quo nulla fuerat putrefactio peccati aut labes originalis. Sola autem in conceptu ſāctitas/ pręcipua

Quare honorand⁹ eſt beatæ virginis cōceptus.

Ioan. 19.

eſt cauſa: ob quam celebrandum conceptionis virginalis diem prædicat eccleſia. ¶Cū deinceps percontatur idem author in epiſtola ſupradicta: vnde prouenit ſanctitas cōceptionis beatę virginis, an dicitur ſanctificatione pręuenta: quatenus iam ſancta conciperetur/ ac per hoc ſanctus fuerit & eius conceptus?

Reſponſio ad rationes Bernardi īprobātes celebrationē cōceptiōis virginis.

Reſpondemus illam conceptionis ſanctitatem profectam ex diuina gratia/ pręueniente per ſanctificationem: eius conceptionem, & proinde ſancta concepta eſt: & ſanctus omnino fuit eiꝰ per diuinum indultum conceptus/ etiam ſecundum carnē. Cū vero obijcit, ꝙ non valuit ante ſancta eſſe q̄ eſſe: ſiquidem nō erat anteq̄ conciperetur. Dicimus ꝙ beata virgo non erat ſecundum exiſtentiam anteq̄ conciperetur: erat tamen ſecundū diuinam præſcientiam/ quę elegerat eam & prælegerat ante ſecula/ vt fieret dei mater. Sic etiam anteq̄ eſſet/ non erat ſancta per inexiſtentem ſanctitatem: ſed per diuini beneplaciti ordinationem/ quod ſanxerat eam in ipſo cōceptu futuram ſanctā. Quemadmodum anteq̄ eſſent Iacob & Eſau: circa illum erat dei dilectio/ & circa hunc dei odium, vt dicit propheta. Iacob dilexi: Eſau autem odio habui. ſecundum quidem pręuiſionē & prenotionē diuinam. Cum vero conciperetur beatiſſima virgo: ſecundum id quod erat/ iam ſancta erat, eniuero ſecundum corpus tantūmodo erat in ipſo immaculatę ſuę conceptionis articulo: & ſecundum carnem tunc ſancta erat/ non contactā macula quæ deinde animā inficeret. ¶Deinde cū ſubtexit rationis deductionem Bernardus/ dicens. An forte inter complexus maritales/ ſanctitas ſe ipſi conceptioni immiſcuit: vt ſimul ſanctificata fuerit & concepta? Nec hoc quidē admittit ratio. Quomodo namq; ſanctitas abſq; ſpiritu ſanctificāte: aut ſancto ſpiritui ſocietas cum peccato fuit? aut certe peccatum quomodo non fuit: vbi libido non defuit? Reſpondemus in coniugali ſanctorum parentum beatę virginis congreſſu non defuiſſe ſanctitatem/ & gratiā dei: fœtum qui tunc concipiebatur actu ſanctificātem/ atq; pręſeruantem illum a contagio peccati: quod alij in conceptu quantum ad radicem & occaſionē contrahunt, neq; huiuſmodi ſanctitas fuit abſq; ſpiritu ſanctificante. Sed inficiamur: ſpiritui ſancto ibi ſocietatem fuiſſe cum peccato. Nā quēadmodum in tertiæ obiectionis huius libri diſcuſſione dictum eſt: non oportet ſemper nuptiale contubernium eſſe peccato cōiunctum/ potiſſimum vbi coniuges virtute exercitati et rectę rationis ductu frenati/ vna cum diuina benedictione quę prolem cœlitus promiſit: ad ſuſcipiendā ſobolē præparantur. Neq; omnem libidinem recte quis dixerit eſſe peccatum: ſed effrenatam/ & pręcipiti impetu ſe ferentem in illecebras carnis. Eam vero quę thorum comitatur cōiugalem/ moderatam ratione/ caſti-

Mala, 1.

Non omnē cōgreſſū cōiugalē eſſe cū peccato.

gatamq; animi imperio/& retinaculis caſtitatis cõtentã:nõ vere quiſpiã peccato coniunctã aſſeruerit. Talẽ autẽ fuiſſe libidinẽ & cõcupiſcentiã parentũ ſacratę virginis(ſiqua fuerit/in ſanctæ illius prolis cõceptu) credim9:quæ rectę rationis metas nõ trãſcenderit/ aut pręſentiã ſpiritus ſancti aut ſanctificatiõis gratiã nõ excluſerit. Proinde nõ admittimus ipſam ſacrã virginem de ſpiritu ſancto conceptam:ſed de viro.nec ex matre virgine:ſed maritali cõſortio.quod & tota cõfitetur eccleſia. ¶Porro quod deinde ſubiũgit Bernardus. et ſi quibus vel paucis filiorũ hominũ datũ eſt cũ ſanctitate naſci:nõ tamẽ & cõcipi.vt vni ſane ſeruaretur ſancti prærogatiua cõceptus:qui õnes ſanctificaret. ſoluſq; abſq; peccato veniens:purgationẽ faceret peccatorũ.recipiendũ nõ eſt:ſi beatã virginẽ excludat a ſanctitate in cõceptu/& in hoc ipſo dirimat eam a filio ſuo.nam & ipſa Chriſto domino debet in hoc eulogio comes ãnumerari. Neq; per hoc tollitur ipſi filio dei pręrogatiua ſui conceptus.cum ipſius/ illa ſingularis eminentia non ſit:eſſe cõceptũ ſine peccato. ſed ſine peccato cõceptũ eſſe/de ſpiritu ſancto/in matre virgine. Id autẽ totũ:Chriſto ſingulariter cõuenit/neq; glorioſę virgini tribuẽdum eſt vnq̃. Quare id dictũ pſalmi. ecce enĩ in iniquitatibus cõceptus ſum/nullo modo reſpicit neq; cõcernit beatã virginẽ: ſed pręter eã & Chriſtũ/vniuerſos ex Adã natos. ¶Deniq; cũ ſuperius contextã rationẽ perſtringens colligit Bernardus/ q̈ cũ beata virgo ante cõceptũ ſui ſanctificari nõ potuit: quia nõ erat.ſed nec in ipſo quidẽ cõceptu:propter peccatũ quod ĩerat. reſtat vt poſt cõceptũ/in vtero iam exiſtens ſanctificationẽ acce piſſe credatur. quæ excluſo peccato ſanctã fecerit natiuitatẽ: nõ tamen & conceptionẽ.admittimus quidẽ quod primo ꝑponit loco:virginẽ ſcilicet beatã ante ſui cõceptũ ſanctificari non potuiſſe/per pręſentem ſanctitatis infuſionẽ:quoniã illa ſubiectũ exigit cui infundatur/et receptaculũ. Negamus autẽ ſecũdo loco adductũ:ſcilicet ipſam in cõceptu nõ potuiſſe ſanctificari. quinimo eam tunc ſanctificatã ſecundũ ſenſum prius explicatũ ponimus.& negamus ibidẽ tunc fuiſſe peccatũ:quod ſanctitatẽ excluſerit.quinpotius ediuerſo dicimus fuiſſe ſanctitatẽ in prole quæ cõcipiebatur:excludentẽ ab ea peccatũ. Deniq; inficiamur (vt ſępius antea dictũ eſt) poſt cõceptionẽ in vtero/ recentẽ in ea fuiſſe ſanctificationẽ:quæ reddiderit ſanctã eius natiuitatẽ & non cõceptionẽ.ſed perhibemus ſanctitatẽ ipſi proli in cõceptione fuiſſe indultã:quæ & ſanctã primũ fecit cõceptionẽ eius/ & deinde natiuitatẽ. ¶Cũ poſtremo in calce epiſtolę percõtatĩ idẽ author.cũ hæc (inquit) ita ſe habeãt:quęnã iam erit feſtiuæ ratio conceptionis? Quo pacto inquã aut ſanctus aſſeretur conceptus:qui de ſpiritu ſancto non eſt/ ne dicam de peccato?

Pſal. 50.

aut feſtus habebitur: qui minime ſanctus eſt? Negauimus ſupe
rius ea ita ſe habere vt propoſuit: beatā ſcilicet virginē eſſe ſolū
ſanctificatā poſt conceptum/ & rationē feſtiuæ cōceptionis aſſi-
gnauimus: quia ſancta fuit illa cōceptio. Et cū obijcit huiuſmo
di cōceptionē de ſpiritu ſancto non eſſe: id admittimus/ ꝙ ſpiri-
tus ſanctus non cōtulit virtutē cōcipiendi ſanctę Annæ ſecluſo
viri conſortio: ſicut glorioſę virgini. attamen affuit virtus ſpiri-
tus ſancti/ ad prolis quæ concipiebatur pręſentē ſanctificationē.
Proinde negamus huiuſmodi conceptū fuiſſe de peccato: ſed fe
ſtum illum haberi debere dicimus/ quia ſanctus eſt. Cūq; cōclu-
dit ꝙ libenter glorioſa virgo hoc honore carebit/ quo vel pecca
tū honorari vel falſa induci videtur ſāctitas: reſpōdemus ꝙ ce-
lebrando conceptionē glorioſæ virginis/ neq; peccatū honora-
mus: quia ibi nullū fuit. neq; falſam inducimus ſanctitatē: quia
vera ibi locū habuit. ¶ Ceterū ad dictū Bonauenturę ſecundo

Reſponſio ad ratiões Bonauenturæ.

loco adductū in hac obiectione: facile adhibet̄ reſpōſio/ ipm̄ piū
& ſanctū patrē locutū eſſe ſecūdū morē & cōſuetudinē ſui tēpo-
ris/ quo nondū erat publico ōniū cōſenſu aut eccleſię authori-
tate: cōſtituta iſta ſolēnitas cōceptionis. Nunc vero hic dies (vt
aiunt) alios mores poſtulat. quoniā interea illam celebritatem
ſanxit eccleſia Rhomana? & propenſa eſt in eam tota fidelium
deuotio: vt non poſſit quiſpiam ſine graui inobedientię aut in-
ſolentiæ nota/ illius diei feſtæ celebrationē recuſare. In actioni-
bus autem humanis: ſemper habēda eſt ipſius temporis ratio.
quādoquidē quod vno tempore nō aſtrigit quempiā/ quia nec-
dū eſt inſtitutū: alio tēpore/ poſt latā ſcilicet legē/ arctius obli-
gat. Non tamē (eius pace dixerim) magnū habet momentū illa
ratio adducta ad iprobandā cōceptionis virginalis celebritatē/
ꝙ ſancti patres qui ordinarūt celebrādas glorioſę virginis per
totū anni circulū ſolēnitates: huius feſti cōceptionis nullā ſan-
xerunt obſeruationē. Cōſimili eni ratione/ nullū iam tranſactis
mille annis potuiſſet feſtū celebrandū de nouo inſtitui: quoniā
antiqui patres qui quingentis annis rexerant eccleſiam / nullā
illius celebrandi fecerunt mentionem. Poſſunt vtiq; propter e-
mergentes nouas cauſas & rationabiles / authoritate totius ec-
cleſiæ cōſtitui noui dies feſti: ab antiquis patribus nequaq̄ ob-
ſeruati/ quoniā prius nō occurrit cauſa illius inſtitutionis fa-
ciundæ. Alioqui dānandi eſſent qui viſitationis beatæ Mariæ
virginis/ aut pręſentationis eius in tēplū/ aut dolorificę cōpaſ-
ſionis in amara paſſione filij ſui/ feſtū celebrarēt: quoniā hę ſo-
lēnitates haud multo ante tēpore cœptę ſunt obſeruari. Repre-
hendēdi itē forent/ qui celebritatē trāſfigurationis dn̄i a Calixto
tertio ſūmo pōtifice inſtitutā colerēt: ꝙ antiqui patres illā nō cō
ſtituerūt. Sicut igitur hi dies feſti/ ita & cōceptionis virginalis

ſolẽnitas rite obſeruat̃: quis hanc antiquitas patrũ nõ ſanxerit.

¶Cõceptionẽ beatæ virginis fuiſſe maculatã: neq; per eccleſiam/ neq; ſedem apoſtolicam eſſe determinatum. Cap. XV.

26 Vicesimaſexta aduerſariorũ obiectio. Beatã virginem Mariã fuiſſe cõceptã in peccato originali: fuit determinatũ per ſedẽ apoſtolicã & cõciliũ generale totiꝰ eccleſiæ. Nempe in cõcilio Milenitano contra Pelagianos ſancitũ eſt/ q̄ quicũq; paruulos recentes ab vteris matrũ dicit nichil ex Adam trahere originalis peccati: anathema ſit. Et rurſum ibidem. Firmiſſime tene & nullatenus dubites/ omnẽ hominẽ qui per cõſortium maris & fœminæ concipitur: cũ peccato originali naſci. Rurſum in concilio Carthaginenſi/ per Innocentiũ & Zozimũ ſummos pontifices fuit determinatum: q̄ omnes pueri ex concupiſcentia & inobedientia carnis generati/ trahunt originale peccatũ. Igitur non eſt aſtruendum: ipſam cum conciperetur/ immunẽ fuiſſe labis originalis. ¶Reſponſio. Huiuſmodi concilia eccleſiaſtica modo adducta & apoſtolicę ſedis determinationes: ſunt latę contra eos qui generatim negant in quouis paruulo peccatum originis cõtrahi. vt contra Pelagium/ Iulianum/ & ſuos aſtipulatores: cõtendentes/ nullos ex parentũ cõgreſſu genitos illi maculæ ſubiacere. quod ſatis liquet ex epiſtola beati Auguſtini ad Optatũ de origine animæ: ita ſcribẽtis. Auguſtinꝰ Te autẽ chariſſime frater admoneo/ ne hęreſim nouã minus cautus incurras: quæ antiquiſſimæ fidei ſtabilita molitur fundamenta cõuellere/ aduerſus dei gratiã diſputando/ quam dominus IHESVS puſillis & magnis ineffabili bonitate largitur. Cuius authores cum Celeſtius & Pelagius extitiſſent: conciliorũ epiſcopaliũ vigilãtia/ cũ adiutorio ſaluatoris qui ſuã tuetur eccleſiã/ a duobus venerandis antiſtitibus apoſtolicæ ſedis/ papa Innocentio & papa Zozimo: toto Chriſtiano orbe damnati ſunt. Hæc Auguſtinus. Et nos quidẽ fatemur eos iuſte damnatos/ tanq̄ ſcripturæ ſacræ aduerſos: dicenti de quouis homine quem diuina nõ præuenit benedictio. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Pſal. 50. Execramur item ipſorum impietatem ſupradictam: tanq̄ catholicę fidei prorſus oppoſitam. Verum hęc concilia & decreta eccleſiaſtica nichil colligunt contra noſtrũ propoſitũ: qui dicimus/ ab vniuerſalibus iſtis propoſitionibus denũciantibus omnes homines ſecundũ legẽ carnis cõceptos/ eſſe obnoxios originali vicio: ſemper exceptã intelligi debere ſacram virginẽ Mariã/ ob ſingulare gratiæ priuilegiũ/ ei a deo in cõceptu indultũ. Idcirco nõ recte ipſa ſubſumit̃ tanq̄ cõprehenſa vniuerſalitatis illius ambitu: cũ nõ ſit cęteris cõnumerãda filijs hominũ/ quantũ ad rationem conceptionis in labe & macula.

queadmodū diffuſius in decimęoctauę et viceſimęſecūdæ obiectionis diſſolutione declaratū eſt. Manifeſtū eſt igit ſupradictis cōtionibus patrū eccleſiaſticiſq; ſanctóībus/ haudquaq̄ dānari eam ſententiā: quę ponit imaculatā virginis cōceptionē. ℂSed inſtant aduerſarij. Sancti patres cū de hominibus peccato originali obnoxijs ſermonē faciūt: expreſſe chriſtū excipiūt qui peccatū nō fecit/ nec iuentus eſt dolus in ore eius. neq; inficiātur eū in ſanctitate cōceptū: ſed idipſum libere & aperta voce ꝓfitenť. Non autē hoc pacto aperte & expreſſa enunciatione: excipiunt beatā virginē ab obligatione peccati per originē cōtracti. ergo cum ipſam ſubticent/ nullā exceptionis eius facientes mentionē: eo ipſo inſinuāt illā ſub huiuſmodi generalitate obligatorū peccato cōtineri. ℂQuibus reſpondemus: permultos ſanctorū (vt ſuperius oſtenſum eſt) etiā expreſſa determinatione ſacroſanctā virginem eximere a iugo peccati/ & ſingularē diuini muneris in ea indultū aperta etiā voce prędicare. Quod etſi pleriq; non faciunt explicita denunciatione: non protinus conficitur quod proponūt. Nam ab authoritate negatiue ſumpta: inualidū deducitur argumentū. Neq; ex eo ꝙ complures non aſſerunt manifeſte/ ipſam eſſe ſingulari priuilegio exemptā a lege peccati: apte collegeris/ eandē illo ſingulari munere non eſſe donatam. cum etiā ijdem/ oppoſitum illius/ vt pote eam fuiſſe obligatam peccato/ nō aſtruāt. quod ſi aſſertorie dicerēt: ex eo recta et efficax potius ſumi poſſet ratiocinatio ad confirmandā aduerſariorum intentionē/ in qua tamē quod aſſumeretur: negandū foret & abnuēdū. Queadmodū etſi nō ōnes exprimāt/ beatā virginē Mariam fuiſſe alienā ab omni peccato voluntatis (quod actuale vocant) & ſponte admiſſo: non tamen rectā feceris illationē/ idcirco ipſam non eſſe immunē ab omni peccato/ propria voluntate cōmitti aſſueto: cum id vno ore fateantur omnes/ & cōcordi ſententia prędicent. Adde ꝙ ſacri authores cum dominum noſtrum eximunt ab originalis peccati contagio: ſub ipſo / & ſacratiſſimam eius matrem intelligunt atq; compręhendunt/ & ideo non curant ampliorem aut expreſſiorem ipſius beatæ virginis exceptionem explicare. quandoquidem eodem potiuntur priuilegio/ & eiuſdem cenſentur iuris: rex & regina/ ſponſus & ſponſa/ filius & mater. Neq; ſeruam debemus facere matrem: cuius filius liber eſt atq; ingenuus. gaudet enim mater filij libertate: atq; honoratioribus filij ſui titulis honeſtatur. Demum q̄uis nulli ſcriptores eccleſiaſtici beatam virginē expreſſa mentione exciperent a labe peccati originalis (quod tamen falſum eſſe: dilucidum iam euaſit) ſacra tamen ſcriptura (cuius maior eſt & auguſtior/ q̄ omniū aliorum ſcriptorū authoritas) eam teſtatur exemptam a labefactione peccati. vt abunde

Obiectióis dilutio.

libro pręcedente eſt explicatum. Et hæc vna vel ſola teſtificatio nobis ſufficere debet: ad indubitatam huius rei habēdam fidē.

27 ¶ Viceſimaſeptima obiectio. Qui aſſerunt beatam virginem Mariam ſine peccato originali conceptam: affirmant quod ſancti negant / & ediuerſo negant quod ſancti affirmant. Non eſt igitur huiuſmodi aſſertio recta / cum ſecundæ Petri primo cap. 2. Petri. 1. dictū ſit: q͏ ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homies. qui igitur illorum dicta refutat: ſpiritum ſanctum qui in ipſis locutus eſt contemnit / negat / & reijcit. Antecedens probant aduerſarij per quatuor & ſexaginta / diuerſorum authorum ſententias: pretendentes beatam virginem Mariam peccati originalis contaminationi fuiſſe obnoxiam. Inter quas affertur authoritas magiſtri ſententiarū: qui in tertia diſtinctione tertij libri dicit. Sane credi oportet iuxta ſanctorū atteſtationis conuenientiam: ipſam carnem filij dei anteq̄ conciperetur / peccato fuiſſe obnoxiam in Maria / ſicut & reliqua virginis caro. ſed poſtmodum ſpiritus ſancti operatione ſuperueniente ita mundatā fuiſſe: vt ab omni contagione immunis vniretur dei verbo / pœna tantum non de neceſſitate ſed de voluntate aſſumentis remanente. Mariam quoq; totam ſpiritus ſanctus ſuperueniens a peccato prorſus mundauit / & a fomite etiam peccati liberauit. vel fomitem ipſum penitus euacuādo: vt quibuſdam placet. vel ſic debilitando & extenuando: vt ei poſtmodum peccandi occaſio nullatenus extiterit. Petrus Lōbardus: in hoc nō probatur. ¶ Reſpōſio. Quæ locuti ſunt ſancti dei homines / ad ſacræ ſcripturæ integritatem pertinentia & ad canonicorum librorum compoſitionē: vt prophetę / apoſtoli / euangeliſtæ & cęteri qui ſacra eloquia conſcripſerunt: procul dubio ſpiritu ſancto inſpirati ea ſunt elocuti. neq; huiuſmodi dicta: aut neganda ſunt aut in dubium reuocanda. Quæ vero in ſuis cōmentarijs et explanatiōibus ſcripturarum diſſeruerunt plerūq; humano ſenſu & proprio ſtudio: non opus eſt credere / omnia ea ſpiritus ſancti inſpiratione eſſe dicta. neq; eum ſibi vendicare debent authoritatis locum: quem ſacræ litterę. neq; tantum illis tribuendum eſt: vt negari omnino non poſſint / vbi manifeſtior ipſis repugnat veritas aut maior authoritas. Eniuero beatus Auguſtin9 clariſſimū eccleſiæ iubar / libros retractationū cōpoſuit: aut rectam dantes intelligētiam eorum quæ in ſuis operibus obſcurius erant dicta / aut reuocantes illa quæ ſuo ipſius iudicio / falſo fuerant & perperam aſſerta. Auguſtin9 Ipſe quoq; imitandam omnibus qui in ſcripturarum elucidatione verſantur / humilitatem atq; modeſtiam: in ſeipſo proponens / ait in primo libro de trinitate. Non pigebit ſicubi in hac materia hęſito quęrere: nec pudebit ſicubi erro diſcere / et errorē corrigere & reuocare. Omnis eni homo mendax: vt ait ſcriptura. & in ōnibus bene dicere / Pſal. 115.

In nulloq; oberrare: diuinum potius cenſetur q̄ humanum. atq; vt vulgatiſſima habet ſententia: humanum eſt errare. At vero huiuſmodi aſſertio/ beatam virginem fuiſſe in conceptu peccato temeratam: humana eſt & humano prolata ſenſu atq; iudicio. Nimirum igitur ſi non ſit illi vſquaq; habenda fides: tanq̄ a ſpiritu ſancto fuerit inſpirata. Enimuero permultæ illarū ſexagintaquatuor authoritatum/ nō contra puritatē cōceptionis virginalis ferunt ſententiam: ſed contra hæreticos negantes omnino originale peccatū. Nonnullę etiam earum & fere omnes: pronunciatæ ſunt ſecundum ſententiam eo tempore quo dicebantur vulgatiorem. et ergo pro hoc tempore quo accuratius agitata pateſcit veritas: non militant. Aliæ vero ſimpliciter refutandæ ſunt: quia apertum continent errorem. vt illa magiſtri ſententiarum/ quæ modo in obiectione eſt adducta: impietatem ſonans/ irreuerentiam in Chriſtum & ſacram eius matrem/ necnon irreligioſitatem. cum ponat ſacratiſſimā Chriſti carnem/ in Maria virgine prius fuiſſe obnoxiam peccato: & ipſam beatam virginem/ per aduentum ſpiritus ſancti in eam cum eſſet conceptura filium: a peccato fuiſſe mundatam. quorum vtrumq;: piæ aures & in deum ſanctamq; virginem deuotæ/ abhorrent prorſus ac reſpuunt. Et idcirco ſupradicta eius ſententia (vt & nonnullæ aliæ eiuſdē aſſertiones) a ſchola theologica nō recipitur/ ſed publice exploditur. ¶ Si enim ſpiritus ſanctus in glorioſam virginem poſt angeli annunciationem & virginis conſenſum ſuperueniens/ eam (vt ait) a peccato prorſus mundauit: ergo ante huiuſmodi aduentum ſpiritus in eam/ ipſa peccato ſubiacuit/ etiam cum angelus colloquium habuit ad eam/ & cœleſtia edocuit myſteria. quomodo igitur angelus ipſe eam ſalutās: perhibet eſſe plenam gratia? an poteſt huiuſmodi gratiæ plenitudo: ſimul in eodem conſiſtere cum ſorde peccati? Et ediuerſo/ ſi in primo angelici alloquij momento ipſa fuit (vt vere erat) plena gratia: non fuit igitur tunc in ea peccati aliqua labes/ quæ per ſpiritum poſtea aduenientem expellenda foret. Vbi enim nullus eſt tenebrarum horror/ nulla noctis opacitas: quid opus eſt noua affulgentia lucis & aduentu/ quo expellantur tenebræ? Rurſum ſi per ſuperuenientem ſpiritum ſanctum poſt diſceſſum angeli/ fuit beata virgo mundata a peccato: quomodo ſub ipſo introitu & acceſſu angeli erat dominus cum ea/ vt vere perhibuit angelus? qui non habitat in corpore ſubdito peccatis: & tanto minus in anima ſordida. Ex oppoſito vero/ quia dominus erat cum ipſa quando ſalutabatur ab angelo: non quidem per vnionem hypoſtaticā deitatis cum carne in ſacratiſſimo eius vtero (nondum enim facta erat illa vnio: ſed paulo poſt in conceptu futura) ſed per

Improbatio dictorū Petri Lombardi: de cōceptione beatæ virginis.

Sapiē. 1.

gratiam & inhabitationem ſpiritualem in virginis anima: non erat ipſa tūc peccato coinquinata/quod deinde per ſanctū ſpiritum fuerit purgatum. Quę enim cōuentio Chriſti ad belial: aut lucis ad tenebras? Deniq; ſi per ſpiritus ſancti poſt conſenſum virginis nouam obumbrationē/ipſa beata virgo expurgata eſt tūc primū a vetuſtate peccati: quomodo honorata eſt ab āgelo & prædicata/benedicta inter mulieres/ in ipſo ſalutationis exordio/anteq̄ adueniret in eam ſpiritus ſanctus? cū non poſſit benedictio ſimul adeſſe cū peccato: quod affert maledictionē. E cōtrario vero cū ſuper ōnes mulieres vere prędicata fuerit ab angelo eſſe benedicta: quonā pacto tunc in ea erat peccatū/quod poſtea per ſpiritū ſanctū extergeretur? Itaq; credendū eſt potius angelico & cœleſti oraculo hac in re: q̄ magiſtro ſententiarū. 1. Corin. 6.

Porro ſacratiſſima virgo/myſtica eſt illa ſcala viſa a Iacob i ſomnis: cui⁹ extremitas ima ſtabat ſup terrā & cacumē tāgebat cœlos/cui & dn̄s inixus eſt. Scala inquā/per quā dn̄s illi innitēs in humanæ naturæ ſuſceptione/ad nos deſcendit: & per quā peccatores ad cœlos aſcendūt. hęc ſecundū carnis veritatē/ ſtabat ſuper terrā: ſed virtutū ſublimitate eleuata/terris excelſior fuit/ & culmen ſuū cœlo intulit. Quomodo igitur terrena ſenſit contagia hæc ſcala noſtra: quę feculentiā huius mundi ſupergreſſa/cœleſtium virtutum celſitudine in altum eſt porrecta? Gene. 28.

¶Neq; ex ſcriptura ſacra/neq; dictis ſanctorū patrum: recte colligi maculam in conceptione beatæ virginis. Cap. XVI.

28 Vicesimaoctaua aduerſariorū obiectio. Beatā virginē Mariā eſſe conceptā in peccato originali: clare & dilucide ex ſacræ ſcripturæ dictis inferri poteſt. vt hac propoſitione beati Pauli: omnes eni peccauerunt & egent gloria dei. item & ex hac. per vnum hominē peccatū intrauit in mundū/& per peccatū mors: & ita in ōnes pertrāſijt/in quo ōnes peccauerūt. Ruſum & ex iſta. Sicut per vnius hominis delictū/in ōnes hoies in cōdēnationē: ſic & per vni⁹ iuſtitiā/in ōnes hoies in iuſtificationē vitę. & ex alijs cōſimilibus. Nouē eni in hac ſua ratione afferūt propoſitiones ex ſacris eloquijs depromptas: ex quibus deducere nitūtur ratiocinatione dialectica quod intendunt. Eſt igitur aſſerendum: ipſam beatam virginē fuiſſe in conceptione originali cōtagioni ſubiectam. ne quis id negans: cogatur & ſanctā negare ſcripturam/ex qua id comprobatur. ¶Reſpōſio. Sicut in vicesimæ obiectionis dilutione/ & alias iam dictum eſt: propoſitiones vniuerſales ſacrorum eloquiorum/ deſignantes omnem hominem peccati originalis inquinamento eſſe infectum & condemnationi ſubditum: accipiendæ ſunt ſecundum communem legem/& de ijs hominibus qui in cōceptu gratiā dei nō habēt Rhoma. 3. Rhoma. 5. Ibidem.

præſeruatricem. neq; eam comprehendunt ſacratiſſimam virginem: quæ ſupra conſtitutam legem per gratiam dei preueniẽtem eſt ſupereminenter excepta. Idcirco omnes illæ aduerſariorum ratiocinationes peccatum cõmittunt/ eo ipſo q; ipſam annumerant reliquæ hominum vniuerſitati: quæ ſupra cęteros ſublimiter eminet. haud ſecus ac perperam argumentaretur/

Ioan. 1. qui ex hoc quod omnia per ipſum verbum dei facta ſunt: conficere vellet/ & deum patrem/ & ſpiritum ſanctum: per verbum dei factos eſſe. qui reuera omnium nomine non cõtinentur: ſed ſupra omnia ſunt. aut qui ex hac beati Iacobi propoſitione aut

Iaco. 3. conſimili/ in multis offendimus õnes: concludere vellet et Chriſtum & deiparam eius matrem in multis offẽdiſſe/ peccato quidem voluntatis atq; ſpontaneo. quod vtiq; falſum eſt. nam omnium confeſſione: & Chriſtus & eius ſancta parens ab hac peccantia ſunt exempti. ¶ Porro quid mirum id iudicabis: ſanctiſſimã virginem ab obligatione peccati originalis eſſe exemptã? quando ſi cætera dei dona in ea cumulatiſſime exuberantia attendere velis: multo maiora & ampliora in ipſa/ gratiarũ priuilegia comperies. Siquidem hæc ipſa: virginali candore eſt nitidiſſima. eadem: cõiugali fide & dignitate honoratiſſima/ & benedictionẽ nuptiarũ ſcilicet ſobolẽ: non ex nuptijs ſed de cœlo conſecuta. Denique eadem poſt ſancti Ioſeph viri ſui tranſitum: viduali pudicitia continentiſſima. vt tres eorum qui æternã ſuſcepturi ſunt hæreditatem ſtatus: in ſe vna ſit complexa. omnium q; virtutes ſparſim hominibus partas: ipſa ſimul in ſe collegerit/ poſſederit atq; continuerit. Verum in cæteris mulieribus/ quæ virgines ſunt: necdũ nuptę ſunt aut viduæ. & quę nuptiali thoro fœderatę ſunt aut viris orbæ: amplius virginalem nõ obtinent integritatem. Sed hæc ſingularis dei mater: & nupta ſimul atq; deſponſata viro/ & virgo. hæc eadem viduata viro: & ſemper virgo. vt virginali ſuo ſplendore: & coniugalem ſtatum vitæ & vidualem mirifice illuſtrauerit. perĩde atq; ſol radio ſuo aureis vaſis/ argenteis/ aut gẽmis precioſis infulgens/ pulcherrimęue picturæ ſuperfuſus: decoratiora reddit õnia & fulgidiora. Ecce vides in glorioſa virgine cõnubialem thorũ ſupra cõmunem legem ſuperexaltatum: & vidualem ſolitudinẽ vltra ſolitum ſtatum ſublimatã. Coniuncta ſiquidem cõnubio virginitas: ipſum ſupra cõſuetum morẽ ſubuehit atq; ſuſtollit. Viduali quoq; cœlibatui cõnexa virginalis puritas: illam ſupra ſuos extollit terminos/ atq; altius ſolito honorificẽtiuſq; collocat. ¶ Q: ſi obijcis nonnullas alias lectitari virgũculas: quæ cõiugio iunctæ/ ſuam & virorũ ſuorũ virginitatẽ domino cõſecrarunt. atq; poſtmodũ viris deſtitutę: cum viduitate virginitatem illibatam ſeruarunt. ¶ Non inficias ierim nonnullas eiuſmodi fuiſſe: ſed

Q; beata Maria ſtatum virginalem nuptialẽ & vidualẽ in ſe eminenter habuit.

Obiectiõis excluſio.

in imitatione huius ſanctiſſimę virginis / coniugis/ & viduæ/ quæ primitiæ eſt huius triplicis benedictionis atq; coronæ:& in hac connexione trium generum vitę ad ſalutē tendentium/ primatum tenēs. Siquidem ante ſacratam dei matrem: nullam leges in veteris legis obſeruatione hanc perfectionem attigiſſe. Poſt ipſam vero/nonnullos inuenies & viros & mulieres: hoc arduum virtutis iter ingreſſos.vt exinde intelligas cęteros omnes:huius ſacroſanctę virginis exemplo/ad hanc viam carpēdam eſſe inductos. Cæterum virgines illę illuſtres quę in vinculo connubiali & officio viduali illibatam ſeruarunt virginitatem:nunquid & fructum matrimonij vtpote prolem conſecutę ſunt/quemadmodum ſancta dei parens?nunquid ſuperueniēte in eas ſpiritu ſancto conceperunt filium dei/ aut manēte virginali pudore eum pepererunt? nullus id ſane dixerit. Conſtat igitur ſacroſanctā virginē Mariā/ ſingulari priuilegio diuinorum munerum ſuper omnes homines & viros & mulieres poſt Chriſtum eſſe exaltatam:quę nec primam ſimilem viſa eſt/nec habere ſequentem.Cū itaq; tantis in vita effulſerit locupletata donis/tot cumulata prærogatiuis:cur ex his nō inducimur ad confitendum ſingularem in eius conceptu dei gratiam/quę immunē a peccato originis eā pręſeruauerit?Cum enim perfecta dei ſint opera:non incepit a ſordido initio tam mirabilem ſuæ virtutis ſtructuram.ſed ſanctitatem in virginis cōceptione dedit:quam deinde amplioribus donis adauxit. ¶Viceſimanona

29 aduerſariorum obiectio.Beatam virginem Mariam eſſe in cōceptu peccato originali cōtaminatam:clare & efficaciter deduci poteſt ex dictis ſanctorum patrum. Igitur illud eſt aſtruēdū. Alioqui cogemur et ſacrorum authorū ſcripta refellere atq; recuſare.Antecedens probant per tres & quadraginta antiquorum patrū authoritates/enixa opera ſtudioſe collectas:ex quarum ſingulis conficere annituntur ſuam poſitionem.Inter illas autem in ipſo frontiſpicio/primoq; loco afferunt authoritatem beati Auguſtini libro ſecundo contra Iulianum dicentis. Omnes homines:illorum primorum parentum peccato naſcuntur obnoxij.hoc enim qui negat:Chriſtianę fidei fundamēta ſubuertere conat. Vna eſt eni ōniū catholicorū fides: qui per vnū hominem peccatum intraſſe in mundum vno corde credunt/ vno ore fatentur/& veſtras nouitias præſumptiones catholica antiquitate ſubuertunt. ¶Reſponſio. Vt in viceſimę ſeptimæ obiectionis ſolutione(cui ferme hęc eſt eadem)dictū eſt et ſæpe alias:hæc Auguſtini ſentētia cum cęteris alijs/poſita eſt ad elidendam impietatem Iuliani/Pelagij/& aliorum:deſtruentium originale peccatum in naſcentibus ſecundum legem carnis cōmunem/neq; quicq̄ conficiūt contra noſtrum propoſitum. In-

Auguſtin9

ſuper omnes illæ propoſitiones intelligendę ſunt de iis/ qui cõcipiuntur ſine pręueniente dei gratia & communi lege: neq; illam aſtringunt/ quæ ſingulari priuilegio a lege peccati eſt excẽpta. Et reuera facile ſibi quiſq; perſuadere debet/ non defuiſſe ſanctitatem in ſacræ virginis conceptu: vbi perſpexerit admirandam in tota vita eius/ & in ipſis puellaribus annis ſanctimoniam a ſpiritu ſancto cordis ipſius hoſpite & habitatore procedentem. Enimuero teſtatur Hieronymus in libello de natiuitate ſacratiſſimæ virginis/ teſtatur & Bernardus: ꝙ triennis in tẽplo pręſentata eſt beata virgo/ non ſine diuini oſtenſione miraculi: ꝙ nullius adiuta ducis adminiculo in tenella illa ętate arduos templi gradus conſcenderit/ & in contubernio virginum poſita ſit. nondum (inquit Bernardus) plane verba formabat: & iam greſſu maturo incedebat: vt non infãtula putaretur ſed grandeua. horas ſic diſcernebat: ꝙ a tempore matutino vſq; ad tertiam orationi vacabat. a tertia vſq; ad nonam texebat vel nebat ad cultum templi/ aut etiam biblicorum librorum ſacrorũq; eloquiorũ lectioni ſedulo intenta erat. nona autẽ hora orationi rurſum inſtabat: donec angelus ad eam veniebat de cuius manu cibum ſumebat. Hæc inſuper omnium mulierum prima: candidiſſimam ſuam virginitatem domino conſecrauit. quam vt huius cœleſtis vitę ducem: mille deinde virgines ſecutæ ſũt/ calcataq; carnis ſpurcitia impigro greſſu comitatæ. Inſup hæc tanta ſanctitatis et puritatis plenitudine exundauit: vt a mentę in virgineam eius carnẽ redundãs interior illa ſerenitas/ nõ modo viros admiranda oris pulchritudine ad concupiſcentiã non ſuccenderit/ more cęterarum: ſed & impuras carnis titillationes in aliis ipſam contuentibus reſtinxerit/ ſedauerit/ atq; compreſſerit. Teſtantur hoc fide digni authores: & ab exuberantia diuinæ in ea gratiæ/ idem non eſt alienum. Vides igitur in tam ſancta & pura virgine humanam quidem fuiſſe carnẽ: ſed cœleſtem in illa gratiam relucentem. quæ ex copioſa ſanctimoniæ affluentia: ſuę puritatis radios in alios etiam transfuderit/ & reddiderit ipſos caſtitatis amatores. Cum itaq; tanta fuerit in ipſo fere veſtibulo & introitu vitæ: in illa ſingulari virgine ſanctimonia/ cum in ipſo vitę progreſſu tam eximia in illa puritas: vt diuina potius q̃ humana dici mereatur/ quid abſurdum putas: ſi in ipſo quoq; conceptu affuerit inchoatoria ſanctitas/ cum in diuinis operibus non ſoleant principia a mediis diſcrepare: nec media a principiis.

Hieronymus. Bernardus

¶ Q abnegatio maculę in conceptione ſacroſanctę virginis: non minuit eius dignitatem/ neq; laudem. CAP. XVII.

30 Triceſima aduerſariorũ obiectio. Quod maiore labore & difficilius acquiritur: laudabile magis eſt & commendatione dignũ. Auget enim indefeſſus ille labor & aſſidua opera materiam laudis in eo: qui impigre ipſũ exercet. At ſi beata virgo ponatur in ipſo cõceptu ſãctitate dotata a deo: nullum ei fuit negocium/ nullus labor ad obtinendam puritatem animi & corporis/ cum vtramq; habuerit ingenitam. Si vero dicatur contraxiſſe quidem primo labem peccati/ ſed illius fomitem & virus inuſtum aſſiduo virtutis exercitio et certamine contra carnem repreſſiſſe/ deuiciſſe ac ſuperaſſe: tunc eo ipſo commendabitur/ ꝙ proprio ſudore/ ſuo nixu atq; conamine/ ad tantum perfectionis culmen euaſerit. Eſt igitur id ſecundum potius aſſerendum de virgine glorioſa: q̃ primũ. ¶ Reſpõſio. Quod proponit primo loco adducta propoſitio/ nequaq̃ eſt in vniuerſum recipiendũ. præſertim vbi tale bonũ quod labore non acquiritur: aut natura habetur/ aut indultu diuino. Enimuero deus ſuapte natura bonus eſt/ et dominus virtutum: non tamen idcirco inferior hominibus/ qui perfectionẽ virtutis ſuo ſtudio et labore conſequuntur. Angeli itidem puritatem habẽt & munditiam a terrenis affectibus & concupiſcentijs/ diuino munere ipſis inditam: non tamen eam ob rem ipſos recte infra homines colloces/ improbo labore et certamine contra carnẽ/ illam conſecutos caſtimoniam. Sed nonne ſæpenumero eſt videre nonnullos natiuã formæ gratiã et dotem habentes quã tamen non excolunt: formoſiores eſſe ijs qui aſſidua cura/ ſtudio et opera nituntur ſibi pulchritudinem oris comparare/ natura negatam/ & quam vix vnq̃ poſſunt aſſequi? Inſuper vbi labor ipſe ſuſcipitur ad tollendam imperfectionem vicio annexam: longe cõmẽdatius eſt ſine labore illud obtinere/ ad quod aſſequendum ipſe labor annititur/ deſudat/ & molitur: q̃ labore ad ipſũ contẽdere. Vbi enĩ citra laborẽ illud præclarũ obtinet bonũ: adeſt quidẽ perfectio/ quæ in alijs per laborẽ expetitur/ ſed nũq̃ locũ illic habuit ĩperfectio. quę in ceteris per exquiſitũ accuratũq; laborẽ ſuſtollitur. Vbi vero labore opus eſt ad cõparandũ aliquod bonũ: occupauit prius animũ imperfectio & ſcoria peccati/ abradẽda/ detergẽda & eliminãda per virtutis exercitiũ. Itaq; ĩperfectionẽ præcedẽtẽ arguit ſuſcipiẽdus labor: vt rubigo contracta abſtergatur/ & inducatur virtutis nitor. Imperfectorum igitur in ipſo exordio eſt: per laborem conari ad ſummum virtutis culmen. Perfectorum vero ab ipſo exortus initio/ & omnino abſolutorum: abſq; labore natiuã habere perfectionem. Quocirca maiori laudi id dandum eſt in eximia

et ſingulari virgine/ꝙ in ipſo conceptu habuerit eam ſanctitatem diuino indultu illi præſtitam: q̄ ſi aſſiduo vſu & operis exercitio eniti debuiſſet/ ad eam poſt labem adipiſcendam. Enimuero quid magis commendares: aut agrum diuina benedictione frugiferum/ qui ſponte ſua ſine humano cultu omnigenos profert fructus: aut eum qui adunco vomere proſcindi debet et inuerti aratro/ vt largas ſegetes producat? Nonne etiam amplius laudabis gladium/ qui natiuum(vt fabricatus eſt) ſemper habet ſplendorem: q̄ eum qui prius ſcabra obductus eſt rubigine/ deinde humanę manus officio & duro labore detergitur/ vt eniteat/ choruſcumq; tandem obtineat & nitidum fulgorem?

¶Triceſimaprima et vltima aduerſariorū obiectio. Quod præſtantius eſt/ commendatius & laudabilius: beatæ virgini ſemper eſt tribuendum. Atqui id in maiorem illi cedit laudem et cōmendationem: ꝙ poſt feculentiam et lutum peccati ſublimata ſit ad tantam dignitatem/ ꝙ mater dei ſit effecta/ & demum ſuper omnes cœleſtium ſpirituum ordines euecta: q̄ ſi omnino pura a peccati ſorde/ ſemper dicatur fuiſſe ſanctitate ſublimis. Quemadmodum maiori id datur laudi/ ſiquis ab ima fece tenuiq; ſorte ad arduum honoris culmen ſit prouectus: q̄ ſi claro ſanguinis ſtemmate natus/ honorificam dignitatē ſit adeptus. Maiori itidem aſcribitur cōmendationi: ꝙ plebeia virgo et obſcuro loco ędita/ ad regales aſcita ſit nuptias/ & ad regis aſſumpta thorum cōiugalem: q̄ ſi claris orta natalibus/ ſocia thori a rege deligatur. Potius igitur beatæ virgini aſcribendū eſt originalis peccati inquinamentum: vt exinde cumulatius laudetur ꝙ eo emerſerit malo/ & ad tātum virtutis faſtigium euaſerit. ¶Reſponſio. Cum id quod abiectum eſt & imum/ naturæ tantummodo habet minorem dignitatem/ nō autem deformitatem culpæ: certe præſtantius eſt ex imo ad ſummum promoueri/ q̄ ex alto in ſublimius. quandoquidem propter maiorem extremorum intercapedinem: difficilior eſt ab infimo in ſupremum/ q̄ ab excelſo in ſuperius/ motio. quare grauiore illic opꝰ eſt labore et exactiore opera: q̄ impigre laboranti cumulatiorē adijcit laudem. Vbi vero quod imo ſubſidet loco/ habet inuolutam ſecum culpæ vicioſitatem/ aut peccati ſpurcitiā annexā: nequaq̄ laudatior eſt ab eo extremo ad virtutis celſitudinē ꝓmotio/ q̄ a minori virtutis dignitate ad ampliorem. quandoquidem vicij fœditas & contaminatio: nullam prorſus habet laudis materiam. quemadmodum etiam ſuperius in viceſimętertię rationis primi libri deductione dictum eſt/ & naturalibus exemplis patefactum. Quis enim ſatius duxerit: a morbo mortifero ad ſanitatem perfectam/ q̄ a minori ſoſpitate ad maiorem perduci? Quis item honeſtius exiſtimauerit: a luti ſordida la-

cuna/ſentina & eluuie ad purgatiorem aeris locū: q̄ a loco ſyn cero ac terſo ad puriorem conſcendere? Peccati autem origina lis contagium/non naturæ dicit conditionem: ſed culpę imper fectionē/ infirmitatem carnis/animæq; eluuionem. Nō igitur id laudi aſcribendum foret glorioſę virgini: q͏ ex illius peſtilen tis ſentinę barathro emerſiſſet ad arcem virtutis. quinimmo id ipſum: gloriam ipſius & ſanctitatem perpetuam plurimū dede coraret. Itaq; ſentiam⁹ omnes vno corde/ & vno fateamur ore: ſacratiſſimam virginem Mariam fuiſſe prorſus immunē ab ori ginalis mali labe: vt eius adiutrice miſericordia purgemur a no ſtris peccatis/ & purgati ad laudandam perpetuo illius inteme ratam ſanctitatem digni habeamur. Sed tu virgo ſanctiſſima: gratiam puritatis a deo tuis precibus nobis impetra/et effrenes concupiſcentias in tuis famulis reprime. Oſtende nobis dulciſ ſimam faciem tuam: ex qua eximiæ puritatis tuæ claritas inſi gnis nobis irradiet. Tu maculæ neſcia: peccatorum ſordes a no bis abſterge. tu fons munditiæ & ſanctitatis: mundum cor & corpus nobis a filio tuo obtine. Tu domina pacis & mater pul chræ dilectionis: contentiones acerbas quæ de tuæ immacula tę conceptionis puritate ſuſcitantur/ ocyus mitiga/ diſſidia com prime/ controuerſias ſeda/ omnium corda ad meditandum/ om nium ora ad confitendum tuæ conceptionis ſanctitatem con uerte. vt poſthac habitēt omnes filij tui vnanimes in domo do mini ſine querela; et demum ad te ſubuehantur in cœleſti glo ria/ vbi puritas eſt et pax perpetua. Amen

¶ Secundi libri de puritate conce ptionis beatæ Mariæ vir ginis/ finis.

¶Index capitum primi libri de puritate conceptionis beatæ Marię virginis.

2 ¶Quid peccatum originale: & vnde exortum eſt. CAP.I

3 ¶Argumento ex primis ſumpto parentibus: beatam virginem oſtendi puram in conceptione fuiſſe. II

4 ¶Ex maledictione illata ſerpenti & primis parẽtibus: argumẽtum ſumi puritatis/conceptionis virgineę. III

5 ¶Qꝫ ex arca Noe/arca Moſaica/et tabernaculo fœderis: comprobatur beatæ virginis in conceptione puritas. IIII

6 ¶Quomodo ex ſplendido Salomonis templo/ & domo ędificata a diuina ſapientia: colligitur propoſitum. V

7 ¶Ex canticorum & libri ſapientiæ teſtimonio: probari puritatem conceptionis ſanctiſſimæ virginis. VI

9 ¶Ex pſalmorum & euangelij teſtimonio: etiam concludi conceptionis beatæ virginis Mariæ puritatem. VII

10 ¶Ex honoratione quam filij debent parentibus: oſtendi ſynceritatem conceptionis intemeratæ virginis. VIII

12 ¶Qꝫ exẽplo Heſter reginæ/ & libertate ciuili vxoris regiæ: cõuincatur puritas conceptionis beatę virginis. IX

13 ¶Ex actualis culpæ imunitate: confici in glorioſa virgine etiã originalis maculæ carentiam in conceptione. X

14 ¶Qꝫ ex dignitate ſanctiſſimæ virginis ſuper angelos: conficitur eiuſdem puritas in conceptione. XI

16 ¶Ex quadruplici combinatione contrahendi aut non contrahendi peccatum originale/& nobiliore redemptionis ratione: oſtendi propoſitum. XII

17 ¶Ex ſanctorum patrum authoritatibus: abunde comprobari munditiam conceptionis ſanctiſſimę virginis. XIII

19 ¶Concilij Baſilienſis authoritate & decreto: probari immunitatem a peccato/eiuſdem conceptionis. XIIII

20 ¶Qꝫ ex diuina reuelatione & miraculis: conceptionis virginalis feſtum pręceptum eſt celebrari. XV

22 ¶Ex ipſius ſummi pontificis decreto & cõceſſa remiſſione peccatorum celebrantibus id feſtum: oſtendi propoſitum. XVI

25 ¶Qꝫ ex Pariſiẽſium theologorum facultatis/ & totius eccleſiæ determinatione: immaculatæ conceptionis virginis etiam habetur teſtimonium. XVII

¶Index capitum ſecundi libri.

27 ¶Ob tolerantiam paſſionum corporalium/aut remiſſionẽ peccatorum hominibus neceſſariam: non recte poni in beata virgine maculam originalis peccati. CAP.I

28 Qꝫ propagatio beatę virginis ex maritali cõſortio/ & mors eiꝰ corporalis: non arguunt in ea primeuam labem originis. II

29 ¶Ex eo ꝙ Chriſtus omniũ hominum eſt redemptor & media-
tor:non concludi originale peccatũ in beata virgine. III

30 ¶Qꝫ Chriſtus pro glorioſa virgine mortuus fuerit/ipſiuſq; iu-
ſtificator dicatur/non autem reconciliator: non pręſtare argu
mentum maculę in conceptione eius. IIII

32 ¶Ex eo ꝙ Chriſtus dicitur reparator/liberator/& ſaluator hu-
mani generis:non colligi maculã in conceptione virginis. V

33 ¶Ex hoc ꝙ beata virgo fuit regenerata per baptiſmũ/& Chri
ſtus eius medicus:non recte concludi labem in conceptione
virginali. VI

34 ¶Ex gratitudine beatæ virginis in deũ/et aperta illi per Chri-
ſtũ porta cœli:non conſequi in ipſius conceptione maculã. VII

36 ¶Qꝫuis aſſeratur puritas conceptionis virginalis:non tamen
ęquatur mater filio ſuo in laude/dignitate/& excellentia. VII

38 ¶Ex eo ꝙ beata virgo orauerit ſua dimitti debita: non effici
ipſã fuiſſe vnq̃ ulli peccato obnoxiam. IX

39 ¶In ſacroſancta virgine Maria nunq̃ fuiſſe fomitem peccati:
neq; potentialem neq; actualem/neq; ligatũ neq; ſolutum. X

41 ¶Qꝫ aſſertio puritatis in cõceptione beatæ virginis: neq; ſan-
ctæ ſcripturæ/neq; fidei contradicit. XI

43 ¶Beatam virginem in conceptione puram fuiſſe a peccato:nec
Chriſtianæ religioni nec veritati aduerſari. XII

44 ¶Ex authorũ qui maculatã aſſerũt beatę virginis cõceptionẽ
numeroſa turba:non confici quod aduerſarij intendunt. XIII

47 ¶Qꝫuis nonnulli rep̄henderint ſolennitatem cõceptionis vir-
ginalis celebrari:id tamẽ nõ cõuicit in ea fuiſſe maculã. XIIII

50 ¶Cõceptionẽ beatæ virginis fuiſſe maculatã: neq; p eccleſiã/
neq; ſedẽ apoſtolicã aut cõcilium eſſe determinatum. XV

52 ¶Neq; ex ſcriptura/neq; dictis ſanctorum patrum: recte colli-
gi maculam in conceptione beatæ virginis. XVI

54 ¶Qꝫ abnegatio maculæ in conceptione ſacroſanctæ virginis:
non minuit eius dignitatem aut laudem. XVII

¶Indicis totius li-
bri/finis.

¶ Iudoci Clichtouei Neoportuenſis / in libellū de dolore beatę virginis in paſſione filij ſui: prologus.

DIgnare me laudare te virgo ſacrata: da mi-
chi virtutem cōtra hoſtes tuos. Fuerūt qui-
dem O ſacratiſſima virgo Maria quondam
multi tuę eximiæ dignitatis hoſtes: qui ab
antiquo hoſte (inter quem et te poſitæ ſunt
Gene. 3. a deo inimicitię / & ſemen tuum benedictum
& ſemen illius: cuius item caput potēti vir-
tute contriuiſti / qui etiam calcaneo tuo ſem-
per inſidiatur) impulſi ac ſuſcitati: atram aliquam maculā glo
riæ tuæ ingerere / notamq; labis tuæ candidiſſimæ puritati infer
re contenderunt. Nempe nonnulli oblatrarunt IHESVM be-
nedictum fructum ventris tui / coniugali conſortio ex te & Io-
ſeph viro tuo eſſe progenitū: honori tuo vel maxime derogan-
tes / quæ de ſpiritu ſancto dei filium concepiſti. Quales fuerunt
Iudæi infœlices / et perfidi: in filium tuum ſuperbenedictum &
te / nimirum blaſphemi. Verum ipſorum impietas et veſania cō
futatur per illud verbum euangelicum cœleſtis nuncij / ad Io-
Matth. 1. ſeph virum tuum ita de te dicentis. Quod in ea natum eſt: de
ſpiritu ſancto eſt. Et tota eccleſia in tuæ laudis præconium lęta
bunda concinit: ad huius Iudaicæ inſaniæ execrationem. Ga-
brielem archangelum ſcimus diuinitus te eſſe affatum: vterum
tuum de ſpiritu ſancto credimus impregnatum. erubeſcat Iu-
dęus infœlix: qui dicit Chriſtum ex Ioſeph ſemine eſſe natum.
Porro alij poſt ęditum beato partu mundi ſaluatorem confin-
xerunt teipſam ex ſancto Ioſeph viro tuo / nuptiali commercio
& alios genuiſſe liberos: perpetuæ tuæ virginitati nitidiſſimoq;
Heluidius candori non parum detrahentes. vt Heluidius & ſui aſtipulato
Hierony- res: a ſacratiſſimo patre Hieronymo in opere contra ipſos cla-
mus. borato validiſſime confutati. necnon a ſancto Hildefonſo an-
Hildefonſ9 tiſtite Toletano / amatore tuo ſingulari acerrime improbati in
libro de perpetua tua virginitate luculenter ab ipſo compoſito.
In huius quoq; impietatis deteſtationem: eccleſia catholica /
quotidiana laude tibi lęta decantat. ꝙ poſt partum virgo in-
uiolata permanſiſti. Inſuper non defuerunt inimici tuę imma-
culatę in conceptu puritatis O ſplendidiſſima virgo: qui contē-
derunt te in ipſo primo exortu contraxiſſe labem contagioſam
culpę originalis. neq; erubuerunt illud vnicum tabernaculum
Pſal. 45. quod ſanctificauit altiſſimus / illam domum magnificam quam
Prouer. 9. ędificauit ſibi diuina ſapientia: cōtaminare / & dæmonico inqui
nare fetore. Verum & hi per ſanctionem publicam eccleſiæ ca-

tholicæ iampridem damnati ſunt / & ſuperiore opuſculo pro noſtra facultate refutati. Sed inſurrexerũt hiſce diebus noui hoſtes tuę auguſtiſſimæ dignitatis: qui ſub ſpecie & vmbra glorificãdi tuã inſignẽ p̄ſtantiã / eripere cõtendũt õnẽ a te O regiña miſericordiæ cõpaſſionẽ atq; ſuſtollere. Iamq; ſerpens ille liuidus ſe erigit / & caput attollit in te tortuoſum / ſibila dira mouet ore triſulco / noua parat arma / caſtra inſtruit: vt antiquas exerceat tecũ inimicitias. Suſcitauit eñi ſuo aſtu noſtra tẽpeſtate nõnullos / qui lingua virulenta ac temeraria auſi ſunt de te O benedicta virgo aſſerere: ꝙ in acerbiſſima filij tui paſſione minime dolueris / nullã prorſus ſenſeris triſtitiã animi / neq; cõpaſſionẽ de filio tuo vnigenito. quaſi ſaxeo tum corde fuiſſes / marmoreoq; & inſenſibili: nullũ habens in calamitoſos cõmiſerationis affectum / qui tamẽ in te reuera q̃maximus fuit & ſyncęriſſimus. At vero videtur michi huiuſce poſitionis aſſertores / in Scyllã incidiſſe (vt aiunt) cũ cuperent vitare charybdim. Abhorrẽtes eñi impietatẽ eorũ qui primęuæ culpę labem tibi falſo aſcribũt: dũ ab hac / incõtaminatã cõceptionẽ tuam vindicare ſtudent: habentes quidẽ ʒelum ſed nõ ſecundũ ſcientiã / omnẽ a te dolorem cõmiſerationis abdicant: arbitrati illum noſtro generi irrogatũ eſſe in pœnã pręuaricationis Adę. quod q̃ a vero ſit alienũ: nemo eſt qui neſciat. Itaq; in his locũ habeŗe videtur: quod vulgo ferunt. dum fugiunt ſtulti vicia: in cõtraria currunt. Da igitur virtutem michi ſacratiſſima virgo: vt huiuſmodi hoſtiũ tuorũ frontem elidã / contundã vires / & conatus refringã. quo tandẽ veritas victrix: de patre mendacij & infeſta eius cohorte glorioſe triũphet. Quod vtiq; cõmodius fiet: ſi duplici acie inſtructa / eos collatis ſignis adoriamur. Prior ex ſacrę ſcripturæ teſtimonio ſumptis rationibus / ſanctorũq; patrũ authoritatibus: cõprobare ãnitetur te virginẽ glorioſam in ignominioſa paſſione filij tui dilectiſſimi grauiſſime indoluiſſe. Poſterior vero / rationes quibus innitũtur aduerſarij & ſuam fulciunt ſententiã: vtcunq; diluet. vt retorqueãtur in ipſos tela quæ intorſerũt in veritatis propugnaculũ: quo omniquaq; proſtrati iaceant hoſtes / victiq; procũbant. Subnectetur deinde in calce / homelia: euãgelicæ lectionis tuã iuxta crucẽ filij tui doloroſam ſtationẽ deſcribentis / explanatoria: ꝙ ea ad corroborandã rectam de graui tuo dolore ſententiã: apte reſpondeat / apprimeq; conducat. Itaq; dignare me laudare te: virgo ſacrata. vt qui omnino indignus ſim tuas depromere laudes: quoniã nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Sed potes ipſa (quoniã Chriſtũ dei virtutem & dei ſapientiam genuiſti) de indignis dignos facere / & peccatorũ nobis veniã impetrare. Da michi virtutẽ cõtra hoſtes tuos. quoniã cunctas hęreſes ſola interemiſti in vniuerſo mũdo: cũ Ecci. 15.

ſummā veritatē/& Chriſtū qui via eſt veritas & vita/nobis ędidiſti. Ergo noſtris cœptis aſpira O virgo ſanctiſſima: & affer opē ſperatā tuo militi/ in acie cōtra hoſtes tuos decertanti. Enimuero ſi præſidium in hoc agone pro caſtris tuis ſtanti præſtiteris: nō poterit illi præualere hoſtilis exercitus. Si enim vniuerſa cohors hęreticorum dolis inſtructa nefandis tibi vni ſuccubuit: quid contra te poterunt hi ſub prætextu pietatis inimici? Si
Matth.16. portæ inferi non præualere queunt aduerſus eccleſiam Chriſti: neq; contra te poterunt/ quæ es mater eccleſiæ. Deniq; ſi deus
Rhoma.8. pro nobis (ait Paulus) quis contra nos? ita quoq; ſi dei mater pro nobis: quis contra nos inualeſcet? Vnica igitur ſpes noſtra: firmū animi robur nobis ſubminiſtra. Amen.

¶ Iudoci Clichtouei Neoportuenſis/ de dolore beatę Marię virginis in paſſione filij ſui: opuſculū.

¶ Euāgelico teſtimonio & Pauli apoſtoli/ naturęq; recta inclinatione: dolorē beatæ Mariæ virginis oſtendi. Cap.I.

INTER Eximias ſacratiſſimę virginis Mariæ virtutes quibus omni ex parte beata/ perfectaq; enituit: & illa miro claruiſſe ſplēdore putari debet/ quæ in aduerſis animi cōſtantiam ſeruat: atq; in aliorū ærūnis/ cōmiſeratiōis gerit affectū. Qꝫ ſi hanc ſacratæ virgini quiſpiā detrahit: quonā pacto ipſam omni cumulatā virtute inſtructāq;/ recte dixerit? cui tamen nullum defuit virtutis decus & ornamentū. Sane ipſa ſuperbeata virgo cum ab hominibus tum ab angelo magnopere laudata/ egregijſq; celebrata titulis: ſummā humilitatē ſuiq; ſubmiſſionē mirifice ſemp ſeruaſſe cognita eſt. qua quanto honoratior eſt habita: tanto ſe geſſit in omnibus humilius. & vt dei mater fieret/ deſtinata: do
Lucæ.. mini ſeipſam nominauit ancillā. Itaq; in huius mundi ſecundis reb9/ampliſſimis honoribus/& laudibus: ſatis ſuperq; perſpecta fuit animi eius modeſtia/ſatis cognita ipſius inclyta virtus. Verum idipſum: ad cognoſcendam eius omnimodā perfectionē/ abſolutūq; virtutum omniū numerū haud ſufficere debuit/ credendumue fuit. quādoquidem permulti lętis in rebus moderati ſunt/ & minime inſolentes. vbi vero ipſis aduerſa ingruunt & aſpera: protinus cōſternati animo ſunt deiecto/fracto/atq; proſtrato. Debuit igitur etiā ſpectata eſſe in triſtibus & ſiniſtris caſibus: animi virginalis conſtantia/ inconcuſſaq; ſoliditas. quo ambidextra eſſe dnoſceretur: & ad vtranq; rerum ſortem ęqua

mente ferendā/omniquaq; expedita. Quod vtiq; abunde ipſa de ſe prēſtitit documentum: & in proprijs/& aliorum perferendis vt par eſt/ aduerſitatibus/ſeipſam declarauit multis argumentis inſtructiſſimā. In proprijs quidem tolerandis: patientię clypeo munitiſſima. In aliorum vero erūnis: affectuoſæ compaſſionis pleniſſima. & potiſſimū in dilecti filij ſui afflictionibus grauiſſimis/paſſione & morte: in qua etiam ſupra q̄ dicere poſſemus/ eidē acerbiſſime condoluit. Vt igitur exploratior habeatur atq; perſpectior in ſacrata dei matre hic condolentiæ plentiſſimns affectus/& doloris ipſius ob Chriſti mortem magnitudo: hanc ſuſcepimus operam. In qua primū ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonijs (vt prēfati ſumus) cōprobabimus rem propoſitam: duodecim ex ſacris litteris primo loco rationes deſumpturi/& deinde totidem adducturi grauium authorum ſententias idem aſtruentes. Poſtremū vero & in ſecunda prēſentis operis parte: duodecim aduerſariorum/& oppoſitam aſſerentiū partē obiectionibus (quas rationū loco: ad ſuā fulciendā poſitionē cōtexūt/ac ꝓponūt) vtcūq; reſpondebim9. Prodeāt igitur ſuo ordine nunc in aciem: duodecim rationes ex ſcriptura depromptæ. Quarum hęc prima habeatur.

1 ¶ Sacroſanctam virginem Mariam grauiter in amariſſima paſſione filij ſui indoluiſſe/ intrinſeco quidem dolore animi penetrante etiam intima cordis eius: primū ex eo loco euangelico deduci poteſt/quo ad filium ſuum inuentū in templo poſt triduum/dixit. Fili quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego dolētes quęrebamus te. Vides hic quonā pacto dulciſſima mater manifeſte teſtatur ſe dolore confectam fuiſſe: ob abſentiam triduanam filij ſui. Attamen nō tanta illi erat tunc doloris materia/quāta in hora paſſionis vnici filij ſui: cum ſtaret iuxta crucē eius/& videret ipſum tanq̄ maleficum in medio latronum ſuſpenſum / vndiq; vulneribus ſaucium/ſanguine purpureo perfuſum/ ab omnibus ludibrio habitum. Potiori igitur iure: & tunc filio ſuo vnigenito condolebat. Siquidem præſentia mala & ante ora nobis obiecta: vehementius mouent animos ad dolorem. Lucę. 7

2 ¶ Secundo. Lucas adoleſcentis delati extra portam ciuitatis reſuſcitationem ſcribens: dicit matrem eius viduam/cuius filius vnicus erat mortuus/largo fletu filij ſui mortem deploraſſe. ita vt dñs noſter miſericordia ſuper eam motus / eidem dixerit: noli flere. Sed nōne beata virgo iam vidua erat: nonne Chriſtus eius vnicus filius extra portam ciuitatis paſſus? quis igitur eam hoc inductus ſimili exēplo: crediderit a pijs lachrymis tēperaſſet? Idem quoq; euangeliſta paſſionē domini noſtri cōſcribens ait: q̄ cū duceretur ad crucifigendū/ſequebatur ipſum multa turba populi & mulierū: quæ plangebāt & lamentabātur eum. Et vnde obſecro hę pro- Lucę. 7. Lucę. 23.

cedebant lachrymę/reuera ex cõpaſſione & cõmiſeratione animi: quam habebat illa turba flens in dominum noſtrum/ quem innocentẽ & iuſtum cernebat vſqȝ adeo ignominioſe duci ad mortem. Itaqȝ ex virtute animi & pietate profluebant illę populi lachrymæ: & laudem non modicam merebantur. At quicquid virtutis fuit in alijs: illud idem longe cumulatius fuit in beata virgine/ quę omnis gratię pleniſſima eſt ab angelo prędi

Luc.1. cata. Tanto igitur vberius & ipſa fundebat lachrymas/ & acerbiore cruciabatur dolore: quãto ſyncęrius & amplius cognouit filij ſui dignitatẽ/ excellentiã/ innocẽtiã & virtutẽ. Quanto enĩ magis cognoſcimus: amplius amamus. & quo amamus vehementius: eo grauius de amici noſtri calamitate torquemur.

Rhoma.12 ¶ Tertio. Paulus apoſtolus Rhomanos exhortans ad charitatem fraternitatis adinuicẽ habendam: dicit eos debere gaudere cum gaudentibus/ & flere cũ flentibus. ꝙ ſyncęrę charitatis officiũ ſit: de proximi proſperitate gaudere/ & de eiuſdẽ aduerſitate ſimul dolere/ atqȝ cõmiſeratione affici. Atqui in ſacratiſſima virgine & matre dei/ feruẽtiſſima fuit charitas in filiũ & ordi- 3

Canti.2. natiſſima. quãdoquidẽ in canticis teſtatur: ꝙ rex ordinauit in ea charitatẽ. Et filius ipſe glorioſę virginis: in paſſione ſua grauiſ-

Matth. 26. ſime doluit. triſtis enim fuit anima eius vſqȝ ad mortẽ. Inſuper & lachrymatus eſt. Nam in cruce pendens/ cũ clamore valido & lachrymis exauditus eſt pro ſua reuerẽtia: vt ſcribit Apoſtolus

Hebræ.5. ad Hebræos. Igitur & ſacratiſſima mater filio ſuo dolẽti & flenti in cruce/ intime cõpaſſa eſt ac cõdoluit. aut nulla prorſus in ipſa fuerunt viſcera cõmiſerationis: quod ipſi charitatis officio penitus repugnat/ & de tam ſancta ac glorioſa virgine dicere/ impiũ eſt ac blaſphemum. ¶ Quarto. Natura/ quinimmo optimus naturæ cõditor: hũc cõmiſeratiõis affectũ nobis boni gratia indidit. vt videntes alterius erũnoſam ſortẽ: moueamur condolentia. Qui etiam affectus: animalibus rationis expertibus impreſſus cernitur ac inſitus. vt caniculã videas ſi catellos ſuos amiſerit: ingemere/ & ſolicitam vbiqȝ eos queritare / circũcurſantemqȝ loca ſingula/ angulos & latebras luſtrare. Quod hoc carmine graphice exprimit ſatyricus. 4

Iuuenalis. Separat hęc (ſcilicet recta ratio & mens) nos
A grege mutorũ: atqȝ ideo venerabile ſoli
Sortiti ingeniũ/ diuinorũqȝ capaces/
Atqȝ exercendis capiendiſqȝ artibus apti:
Senſum a cœleſti demiſſum traximus arce.
Cuius egent prona/ & terram ſpectantia. mundi
Principio indulſit cõmunis conditor/ illis
Tantũ animas: nobis animũ quoqȝ/ mutuus vt nos
Affectus petere auxiliũ & pręſtare iuberet.

¶Idem quoq; paulo poſt ſubiungit.
Molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur:
Cum lachrymas dedit. hęc noſtri pars optima ſenſus.

Atqui gratia non tollit naturam: quin potius eam perficit & abſoluit. Igitur affluentia gratiæ in ſacroſancta virgine/ reddidit in ea hunc compaſſionis & cōmiſerationis affectum tanto ſane vehementiorem: quanto ſyncerori amore diligebat filium/ & cognoſcebat eius dignitatem. Amor autem beatæ Mariæ virginis in ſuum filium: fuit ſummus & excellentiſſimus. igitur & maximus in ea fuit compaſſionis affectus: impellens eam ad grauiſſimum dolorem habēdum de acerba filij ſui paſſione & morte. quod eſt noſtri inſtituti propoſitum.

¶Q2 rurſum teſtimonio apoſtoli/ exemplo Chriſti itidem & Pauli: oſtenditur beatæ virginis dolor. Cap. II.

5 Vinto autem loco grauiſſimus glorioſę virginis & matris dei dolor ob filij ſui paſſionē: ſic cōprobatur. Beatus apoſtolus in epiſtola ad Rhomanos enumerans grauiſſima peccata gentiū / in quæ ob idolorū culturā inciderant: dicit inter cætera gentiles eſſe ſine affectione/ cōpaſſioneq; in proximū. Cui conſonat beatus Auguſtinus: in decimoquarto libro de ciuitate dei dicens. Cum rectam rationē ſequūtur affectiones animi/ & adhibētur quando & vbi oportet: quis eas tūc morbidas ſeu viciosas paſſiones audeat dicere? Nam & ipſe dñs noſter cū hominibus cōuerſatus/ & nullū omnino habens peccatum: adhibuit eas/ vbi adhibendas eſſe iudicauit. vt cū Marcus dicit/ q; ſuper duritia cordis Iudeorū & cęcitate: cum ira cōtriſtatus ſit. Deinde ſubiungit eodē loco Auguſtinus. Cū vitæ huius infirmitatē gerimus/ ſi paſſiones ōnino nullas habeam9: tunc potius non recte viuimus. Vituperabat eni & deteſtabatur apoſtolus quoſdā: quos etiā eſſe dixit ſine affectiōe. Illos eni cui pauit ſacer pſalm9: de quibus ait. Suſtinui qui ſimul cōtriſtaret: & nō fuit. Nā non quia durū eſt aliquid: ideo rectū. aut quia ſtupidum: ideo ſanum. Si igitur ſacrata virgo & mater non doluit in hora paſſionis de cruciatibus & morte filij ſui: profecto erat ſine affectione cōmiſerationis/ & duro corde nō emollito ad cōpaſſionē. quod procul dubio in ea (ſicut & in gentibus) eſſet vicio dandū. Qui eni mentis eſt durę (vt dicit ſapiens) corruet in malū. & cor durū male habebit in die nouiſſimo. Rurſum teſte Salomone / iuſtus miſeretur animarū iumentorū ſuorū: viſcera autem impiorum crudelia. Mouetur vtiq; iuſtus miſericordia in iumenta ſua; & q̃o magis in homines. & nō mouebitur beata

Rhoma. 1.
Auguſtin9
Marci. 3.
Rhoma. 1
Pſal. 68.
Prouer. 28
Ecci. 3.
Prouer. 12.

dei mater dolore: ſuper filio ſuo dilecto? Faceſſat hęc impietas & extrema dementia:& grauiſſimũ ſanctæ virginis dolorẽ cum veritate & pietate omnes prędicemus. ¶Neq; plane id derogat dignitati deiparę virginis:ꝙ huiuſcemodi affectũ cõpaſſionis in ea aſtruimus/quo ſũmopere doluit de dulciſſimi filij ſui paſſione & morte. Quinimo mirifice idipſum eam extollit:ꝙ cũ cęteris ſuis clariſſimis virtutibus/ et hãc quoq; habuit magnopere cõmendabilem cõmiſerationis affectionẽ. Quæ quidem nõ ex peccato ſuã traxit originẽ/aut ex primorũ parentum maledicto/ vt putant aduerſarij:ſed ex virtutis/ ſcilicet amicitiæ & charitatis officio. Siquidẽ qui verã in alium habet charitatẽ:nõ poteſt non intime dolere de calamitate amici. & quanto ſyncęrius aliũ diligit: tanto grauius triſtatur & mœret de illius aduerſitate. Itaq; qui negat beatã virginẽ de paſſione & morte filij ſui doluiſſe: pręclaram illi aufert virtutem, atq; inſenſibilẽ animo/ ſtupidã mente/corde adamãtino et ferreo:eandẽ fuiſſe contẽdit. ꝙ inſtar ſilicis aut rupis duriſſimę:nõ habuerit viſcera cõmota ſuper dolore acerbiſſimo filij. Illud autẽ aſſerere: extremę impietatis eſt. ¶Sexto. Dominus noſter totius cõmiſerationis & pietatis origo/cũ verſaretur in terris:oſtẽdit effuſa cõpaſſionis ſuæ viſcera in afflictos. Cũ eni videret viduã illam (cuius filius vnicus adoleſcens efferebatur mortuus) largius flentem; miſericordia motus eſt ſuper illã/eiq; dixit. noli flere. Reſuſcitaturus itidem Lazarũ/cũ videret ſorores eius plorantes:& ipſe quoq; vt totus bonus & miſericors/pias effudit lachrymas. Videns etiam ciuitatẽ Hieruſalem/fleuit ſuper illã:ob miſerandã deſolationẽ quã præuidebat illi in excidio a Rhomanis inferendo futuram. Et plane hi dolores & hę lachrymæ nõ ex peccato in eo prodierunt:cũ ipſe peccatũ nõ fecerit/nec inuentus fuerit dolus in ore eius. ſed ex pio & ſyncero animi affectu/atq; ex ardẽtiſſimo charitatis feruore. Atqui nõ diſcrepauit beatiſſima mater a moribus dilecti filij ſui:quinimo illi fuit in virtutũ perfectione/ pro ſuo gradu & modo ꝗſimillima. effulſit enim gratia plena. Igitur & ipſa habuit hunc viſceroſum charitatis affectũ & compaſſionis in afflictione aliorũ:& potiſſimũ filij ſui. quod quidẽ in ea magnæ fuit et eximiæ virtutis ornamentũ/neq; cumulatiſſimo ſuarũ virtutũ numero: hęc inclyta & ſpectabilis virtus defuiſſe credenda eſt. Quid eni illi deeſſet virtutis: in qua dominꝰ virtutũ habitare/et ex qua humanã carnẽ ſumere dignatꝰ eſt? 6

¶Septimo. Beatus Paulus ex intimo charitatis affectu ſæpius defleuit aliorũ errata: vt pleriſq; in locis/& potiſſimũ ad Philippenſes ſcribit. Quos ſępe dixi vobis: nũc autẽ & flens dico/inimicos crucis Chriſti: quorũ finis interitus/ quorũ deus vẽter eſt/ et gloria in cõfuſione ipſorũ qui terrena ſapiũt. Et ſanctiſſimi vi 7.

Qȝ compaſſio ex charitate naſcit.

Lucę. 7.

Ioan. 11.

Lucę. 21.

Eſa. 53.

Philip. 3.

ri exæſtuante charitatis igne ſuccenſi/hac a deo gratia donati leguntur:qꝰ in meditatione intima amaræ paſſionis domini no ſtri largas effuderunt lachrymas/ ipſi Chriſto pro nobis paſſo ex toto corde compatientes. Si igitur ille dolor pias profundens lachrymas/ex ſola dominicæ paſſionis recordatione enaſcebatur:& diuino quidem munere (nam non paruum dei eſt donū: hic pius affectus & gratia lachrymarum/ex pio & ſyncero corde emanantium) quantus putas dolor in ſacroſancta erat virgine:ex præſenti obiectione & inſpectione paſſionis filij ſui?cū doloroſa omnia vehemētius animos moueant humanos/quādo præſentia cernuntur: q̄ abſentia. An putandum eſt quæſo in alijs ſanctis viris hūc pietatis affectum & piarum lachrymarum gratiam fuiſſe:& non in ſacroſancta virgine?Quod ſi conſtantius aſſeueras:quomodo igitur erit gratia plena/cui gratia cōpaſſionis deerit?Si Paulus defleuit aliena peccata: nonne et beata virgo indoluit infidelitatem atq; crudelitatem Iudęorū/ Chriſtum tam atrociter & iniuſte perſequentium?Fuit igitur & in piētiſſima virgine hic affectuoſus dolor & viſceroſa cōpaſſio.

¶Ex mutua membrorū cōpaſſione/materno affectu/diſcipulis & Magdalena:cōuinci dolorem beatæ virginis. Cap.III.

8 OCtaua vero ratione noſtrū propoſitū ita deducitur. Apoſtolus ad Corīthios ſcribēs oſtēdit omnes mutuo charitatis vinculo debere eſſe aſtrictos/per manuductionē membrorū corporis humani: ita dicens. Si quid patitꝰ vnū mēbrū:cōpatiūtur ōnia mēbra. ſiue gloriaꝰ vnū mēbrū:cōgaudēt oīa mēbra. deducitq; deīceps ī corpore myſtico idē eſſe obſeruandū:in quo ſane beata virgo Maria vnū fuit mēbrū & quidē ꝑcipuū/capiti ſuo Chriſto arctiſſima charitate cōpaginatū. Igiꝰ cū caput ipſū tāta patiebaꝰ acerba & dolēda:nō debuit ſacrata virgo tāq̄ mēbrū illi cōpati & cōdolere? Debuit reuera: vt ordo charitatis & ratio poſtulat/& ipē apoſtolus atteſtaꝰ. qꝰ ſi debuit: ꝑfecto & fecit. Si eni id debuit ex charitatis officio/& nō fecit: iā a charitatis opere diſceſſit/& lapſa eſt. quod abſurdū eſt & īpiū:de ipſa ſemp ſancta virgine aſſerere. Cōpatiebaꝰ igitur mēbrū myſticū ſuo capiti:mater filio. & tāto arctius vtiq; cōpatiebaꝰ:quāto ſtrictius illi fuit amore cōiūcta ob maternū affectū/ ob ſubminiſtratā noſtrę carnis ſubſtātiā. cū cerneret de ſe ſūptā virgineā filij ſui carnē tātis cōfectā vulneribꝰ:atq; adeo crudeliꝰ laceratā. Nulli ſane id dubiū eſſe debet/qui iſte maternꝰ Marię dolor tāto magis exceſſerit ōniū aliarū matrū dolorē/ob filiorū ſuorū obortū calamitatē:quāto dignior & excellētior eſt i ea ma ternitatis ratio/& quāto eiꝰ magnitudo cęteris oibꝰ dignitate ꝑſtat.

1.Corin. 12

¶Nono. Si mater abſens audiat filiũ ſuũ eſſe vulnerib⁹ affectũ: 9
ex ſolo naturæ recte ordinatæ inſtinctu dolebit grauiter. quãto
ergo magis: ſi pręſens illũ viderit vulnerari/Rurſum. ſi intelli-
gat mater/vnicũ ſed atrox & lethale vulnus eſſe inflictũ filio: af
ficietur ex naturali inclinatione graui dolore. quãto igitur am-
plius : ſi audiat multa/eademq; mortifera vulnera illi irroga-
ta/mœrore conficietur? Inſuper vbi cognoſceret mater filiũ ex-
tremo affectum ſupplicio ex decreto ſenatorij ordinis & iudicis
ad id conſtituti: ſed clanculum/ ad declinandam infamiam &
ignominiam publicam/vt in carcere laqueo ſtrangulatum/aut
aquis obrutum/hanc filij ſui miſerãdam ſortem grauiter feret.
longe vero grauius: ſi publico ſupplicio acceperit illũ morti ad-
dictũ in propatulo / et frequentiſſimo populi concurſu ad illud
ſpectaculum. Ad hęc/q̃uis reus mortis & ſceleratus fuerit filius
vt homicidij aut ſacrilegij cõuictus: nichilo ſecius moleſte fe-
ret mater eius interitum per iuſti iudicij ſententiam. At multo
quidem amplius: ſi inſontem ipſum cognouerit/& ſceleri quod
illi imputatur minime obnoxium. Poſtremũ ſi filius in iudicem
& populũ a quo condẽnatus eſt nulla cõtulerit beneficia/ q̃uis
iniuſte dãnetur: min⁹ egro animo id feret mater. Acerbiori vero
cruciabitur dolore: ſi cõpertũ habuerit/filiũ non modo innocẽ-
tem eſſe/ ſed et multifariam beneficum in eos a quibus cõdem-
natus eſt/fuiſſe. Age ergo colligamus hęc ſparſim digeſta: & cõ
periemus omnes doloris cauſas ſuperius expreſſas/in ſacratiſſi-
ma virgine cõcurriſſe. Quinimo quęcũq; ad exaggerandũ illius
dolorem accidere queant: cumulatiſſime in illa tunc confluxiſſe.
Præſens enim & coram: ſuũ vidit filium/mille lacerum vulne-
ribus/in loco & die celeberrimo cruci affixum : quem certo co-
gnouit innocentem/dei filium/populo Iudaico in miraculis &
euangelizatione nouæ veritatis ſumme beneficum. Ex tot igi-
tur cauſis / vehementiſſimus in ea dolor fuiſſe nequaq̃ negan-
dus eſt: quoniam earum pluralitas dolorem adauget. ¶Deci- 10
mo. Apoſtoli & diſcipuli Chriſti grauiter doluerũt ob eius mor-
tem. quemadmodum apud Ioannem: prędixerat eis dominus:
Ioan. 16. Amen/amen dico vobis/quia plorabitis & flebitis vos: mũdus
autem gaudebit : ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Et
rurſum. Iterum autẽ veniam & videbo vos/& gaudebit cor ve-
ſtrum: et gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis. Igitur & in beata
virgine tanto grauior fuit dolor : quanto ſyncęrior erat amor.
Quanto enĩ plus diligimus: tanto acerbius de amici incõmo-
do dolemus. Et quid id mirũ? cũ Ariſtoteles in Ethicis cõteſte-
tur/ꝙ ſicut amicorum bona ſunt cõmunia: ita aduerſæ fortunæ
eos æque decet eſſe participes. & eam ob rem quẽadmodũ pro-
ſpera amicorũ: æque & aduerſa in amicos redũdant. & amicorũ

eſt officium: vtramqꝫ amici fortunam/ ſibi communem exiſti-
mare. Enimuero præcipuum amicitiæ ſtudioſæ opus eſt(ſi phi-
loſopho credimus) concordia: qua amici eadem volunt & eli-
gunt/ iiſdem gaudent/ iiſdemqꝫ triſtantur. Qui autem id fiat: ſi
vnus non cõpatiatur acerbiſſimo dolori alterius/ ſed inſtar Mar
peſię cautis aut ſcopuli/ nullo amici caſu moueatur? Atqui ſa-
cratiſſima virgo non ſolum amicitia illa morali quæ inter ſtu-
dioſos verſat: ſed & arctiſſima charitate/ ſuo filio fuit obſtricta.
Igitur & ipſa facta eſt particeps erumnarum eius/ quo id modo
11 fieri potuit: condolendo ſcilicet & compatiendo. ¶ Vndecimo.
Maria Magdalena feruente charitatis igni exęſtuans/ fleuit ad
ſepulchrum domini iam a mortuis ſuſcitati: q̄ ſublatũ eius cor-
pus exiſtimãs/ nõ illud vt optabat inueniret. Tulerunt (inquit) Ioan. 20.
dominum meum: & neſcio vbi poſuerunt eum. At vero in dei-
para virgine Maria plus fuit gratiæ & charitatis: q̄ in Magda-
lena. & maior occaſio doloris ac fletus/ cum ſtaret iuxta crucē
IHESV. Igitur potiorę iure: & ipſa tunc acerbiore dolore cru-
ciata eſt. ¶ Qꝫ ſi beatus Iob inter bona opera quæ deo adiuto-
re exercuerat: & illud præſertim enumerat. Flebam quondã ſu- Iob. 30.
per eo qui afflictus erat/ & compatiebatur anima mea pauperi:
dilucidum eſt dolorem & fletum ſuper aliorum afflictione/ & cõ
paſſionem in calamitoſos: non modicam eſſe virtutem. Alioqui
non eam nominatim expreſſiſſet Iob: vt inde vitã ſuam tranſ-
actam commendandam fuiſſe oſtenderet/ & confutaret inſulta
tiones aduerſariorum: contendentium ipſum fuiſſe afflictum a
deo propter ſua peccata. Quæ ſane virtus ſi in ipſo Iob refulſit/
vt ſpiritus ſanctus per ipſum atteſtatur: an ſacratiſſimæ virgini
Mariæ defuit/ quę longe magis affectuoſa habet viſcera chari-
tatis? Et ipſa igitur ſuper filio ſuo afflicto flebat: & compatieba
tur illi anima eius. Quod plane in ea eximię laudi aſcribendũ
eſt: quemadmodum in ſancti Nicolai præconiuum canit eccle- Sanctus
ſia/ q̄ erat animo valde compatiẽs/ & ſuper afflictos pia geſtãs Nicolaus.
viſcera. Si itaqꝫ in beato Nicolao/ compaſſio ſuper alienam affli
ctionem pręclara eſt virtus: nonne etiam ſpectabilis erit & com
mendatione digna in ſacroſancta virgine? An quæ alios hone-
ſtant ſanctos: eã dedecẽt virtutes? aut illi deſunt pulchra animi
ornamẽta: quę in cęteris lõge inferioribus miro decore relucẽt?
¶ Qꝫ ex iuſti Simeonis oraculo: arguitur grauis dolor glorioſę
virginis in paſſione filij ſui. CAP. IIII
12 POſtremum duodecimo loco/ quã aſtruimus ſentẽtia
hoc pacto corroboratur. Simeon iuſtus & timoratus
lõganimis expectator domini: accepto i vlnas pue-
ro IHESV/ futurorum ſpiritu ſancto reuelante con-
ſcius/ dixit ad ſacram matrem eius. Tuam ipſius ani Lucę. 2.

mam pertranſibit gladius. hiſce verbis ſignificans/ in hora paſſionis filij ſui futuram illi tantam doloris acerbitatem: q̀ more gladij penetrabit materna eius viſcera/ eaq̃ diſcindet/ diſcruciabit atq̃ perſtringet. Exploratum eſt igitur: eam acerbiſſimo ob paſſionem filij ſui dolore fuiſſe afflictatã.

Cauillationis ſolutio. ¶ Neq̃ locum hic habet aut robur aduerſariorum calumnia: contendentiũ in ſupradicto ſancti Simeonis oraculo/ mentionem non haberi de gladio doloris. ſed illam particulam/ doloris/ a nonnullis imperitis pro ſuo arbitratu et placito adiectam. Nempe eccleſia catholica in oratione publica & approbatiſſima ad dominum noſtrũ: illud Simeonis verbum exponit & explicat de gladio doloris/ cum ita orat ſupplex. Interueniat pro nobis queſumus domine IHESV CHRISTE nunc & in hora mortis apud tuam clementiam beata virgo Maria mater tua: cuius ſacratiſſimam animã in hora paſſionis tuæ/ doloris gladius pertranſiuit.

Beda. Rurſum Beda hunc euangelicum locum exponens/ ait. Tuam ipſius animam pertrãſibit gladius/ id eſt dolor paſſionis dominicæ. quia nõ potuit videre eum crucifigi ſine affectu materni doloris: etſi

Origenes. ſperaret eundem reſurrecturum & mortem deuicturum. Origenes itidem in expoſitione eiuſdem loci dicit. Nulla docet hiſtoria: Mariam ex hac vita/ gladij occiſione migraſſe: præſertim cum non anima ſed corpus ferro ſoleat interfici. Vnde reſtat intelligi gladium illum: hoc eſt dolorem dominicæ paſſionis/ animam eius pertranſiſſe. Quæ etſi CHRISTVM vtpote dei filium ſponte propria mori/ mortemq̃ ipſam non dubitaret eſſe deuicturum: ex ſua tamen carne procreatum/ non ſine doloris affectu videre potuit crucifigi. Ecce quod tota approbat & ſentit eccleſia / itidem & omnes probati authores hunc euangelij locum explanantes: aduerſarij noſtri ſoli audent improbare/ contenduntq̃ gladium ibidem pro charitate ſumi. nullam in ſuæ ſententię robur/ aut ſcripturæ aut cuiuſpiam authoris comprobationem adducentes: qua oſtendant inibi aut alio quouis loco gladium pro charitate ſumi. Enimuero cum ipſius amoris proprium ſit: vnire & coadunare. Ipſius autem gladij: ſecare/ diuidere & diuellere: potius videtur gladius habere conditionem charitati prorſus oppoſitam. hinc dominus

Matth. 10. in euangelio ait. Non veni mittere pacem in terram: ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum: & filiam aduerſus matrem ſuam/ et nurũ aduerſus ſocrum ſuã. Et alius euangeliſta eandem explicans ſententiam/ dicit. Pu-

Lucę. 12. tatis q̀ pacem veni mittere in terram? Non dico vobis: ſed ſeparationem. Itaq̃ quod vnus euangeliſtarum gladium vocat: alius dicit ſeparationem. Quid autem magis contrarium cha-

ritati:q̃ ſeparatio/Illa enim conglutinat: & arctiſſimo vinculo conſtringit amantes. & cum corpora non poſſit: animos coniungit in vnum. ¶ Cæterū ipſos percontari velim. cum ſacratiſſima virgo Maria ſemper charitate exarſerit/illoq; igne diuino efferbuerit iugiter & aſſidue/ſine ipſius aut itermiſſione aut remiſſione:quare potius tempore paſſionis filij ſui/ gladius id eſt charitas(vt exponunt)dicitur pertranſiſſe animam eius/ q̃ alio quouis tempore/quo non minus in filium ſuum affecta erat diuino amore: q̃ hora mortis eius acerbiſſimę. Præterea.dicant ipſi:quomodo intelligendum putant illud dictum pſalmi/de ſācto patriarcha Ioſeph. ferrum pertranſijt animam eius. quod ſimile eſt illi generi loquendi Simeonis nunc propoſito: tuam ipſius animam pertranſibit gladius.Nō enim illud ex pſalmo/ de charitate recte expoſuerint: nomine ferri eam accipientes. cum ibidem de ipſa dilectione nulla habeatur mentio. Quare neq; hoc quod propoſitum eſt: apte de charitate accipiendum/ dicere poſſint. quandoquidem eadem & conſimilis vtrobiq; militat ratio. Quin potius nomine ferri quod pertranſiuit animam eius / ibi intelligitur tribulatio & afflictio qua grauiter vexatus eſt Ioſeph: cum innocens ad ſugillationem & falſam ſuggeſtionem dominæ ſuę/in carcerem coniectus eſt/vbi humiliauerunt in compedibus pedes eius. Atteſtatur iſtud Caſſiodorus: ita locum hunc pſalmi exponens. Refert pſalmus/humiliatos pedes Ioſeph in compedibus: vt afflictionem corporis eius indicaret. Addidit/ferrum pertrāſijt pedes eius:vt nec ipſa anima/a pœnis probaretur excepta. Nam q̄uis condolendo corpori ſubiecta ſit anima paſſioni:habet tamen proprias pœnas/ cū graui cogitatione torquetur. Pertranſijt autem animam eius ferrum:cum in has redigebatur anguſtias/ ne inter mala quæ paſſus eſt iniuſte / pręualerent in eum & crimina falſitatis. Ferrum autem:hic indicat tribulationem duræ neceſſitatis. quæ in eſtuanti anima peruagatur : dum de futuris ſollicita/ iam mala patitur quę timere non deſinit. Talis illa in euāgelio locutio eſt:vbi Simeon dicit ad Mariā.et tuā ipſius animā pertranſibit gladius/ſignificans habiturā matrē glorioſā:triſtitiā dominicę paſſionis. quod genus locutionis:inter propria diuinę ſcripturę credimus annotādū. Hæc Caſſiodorus. Ludolphus itidem Carthuſienſis/nō ignobilis author:in expoſitione eiuſdē pſalmi dicit. Et p̄ter mala corporis: ferrū/id eſt tribulatio durę neceſſitatis pertranſijt animam eius. vt de Maria dicitur.quia compedibus ferreis non ſolum fuit afflictus in corpore: ſed etiam in mente/ ita vt etiam timor mortis eum inuaderet. Igitur cōſimili iure/iudicio et ratione:ī propoſito noſtro

Pſal. 104.

Caſſiodorus.

Ludolph9

verbo ſcilicet Simeonis/ad virginē matrem dicto: nomine gla
dij/intelligendus eſt dolor acerbiſſimus animæ virginalis:quo
in hora paſſionis filij ſui afflictata eſt.Multę conſimiles poſſent
ex ſacris litteris rationes deſumi/ad idem propoſitum noſtrum
comprobandum:quæ diligentius indaganti facile occurrent/in
promptuq; & ad manum obuiæ erunt.

¶Sanctorum patrum Ioannis Damaſceni/ Hieronymi et Ber
nardi authoritate: dolorem ſanctæ virginis oſtendi. CAP.V

NVnc ſupereſt eandem ſententiam/ ꝙ videlicet
beata virgo Maria grauiſſimo dolore in paſſio-
ne filij ſui affecta fuerit: authoritate ſanctorum
patrum comprobare. ¶Imprimis eximius pa- 1
Damaſcenus. ter Ioannes Damaſcenus libro quarto de fide
orthodoxa capite decimoquinto: de ſacroſācta
virgine Maria loquens dicit. Sed ipſa beata &
ſuper naturam donorum digna effecta/dolores
partus quos effugit pariens: illos tempore paſſionis ſuſtinuit/
ex materna compaſſione viſcerum lacerum reparturiens.& quē
deum per natiuitatem agnouit: illum vt maleficum interfectū
videns/tanq̄ gladio/cogitationibus diſcerpitur.Et hoc eſt: tuā
Lucę.2. ipſius animam pertranſibit gladius.quemadmodum illi predi-
xerat dei expectator Simeon:dominū geſtans in vlnis.Sed cō-
mutat triſtitiam/gaudium reſurrectionis:dominū carne mor-
tuum/rediuiuum prædicans.In cuius ſane loci ipſius Damaſce
ni elucidatione per adiectos commentarios: nonnulla adduxi-
mus ad corroborandam hanc ſententiam/ quę non piguit hic
repetere.vt perſpectior habeatur & exploratior ipſa veritas: dū
Hieronymus. non vno tantum loco diſcutitur. ¶Secundo. Beatus Hierony- 2
mus in ſermone de aſſumptione beatæ virginis/eiuſdē rei per-
hibet teſtimonium dicens.Recte ergo dicimus/quoniam bea-
ta dei genitrix martyr et virgo fuit:q̄uis in pace vitam finierit.
Hinc quoq; ꝙ vere paſſa ſit:Simeon propheta teſtatur/ dicens
ad eam.& tuam ipſius animam pertrāſibit gladius. Ex quo cō
ſtat/ꝙ alij quoq; ſancti etſi paſſi ſint pro Chriſto in carne:tamē
in anima quia immortalis eſt/pati non potuerunt. Beata vero
dei genitrix quia in ea parte paſſa eſt quæ impaſſibilis habet:
ideo(vt verum fatear)quia ſpiritualiter & atrocius paſſa eſt gla-
dio paſſionis Chriſti/pluſq̄ martyr fuit.Vnde conſtat quia plus
omnibus dilexit: propterea & plus doluit. intantum vt animā
eius totam pertranſiret & poſſideret vis doloris:ad teſtimoniū
Canti. 8. eximiæ dilectionis. quæ quia mente paſſa eſt:pluſq̄ martyr fuit.
Nimirum vt eius dilectio amplius fortis q̄ mors fuit:quia mor-
tem Chriſti ſuam fecit. ¶Tertio. Beatus Bernardus in vno ſer- 3
mone de beata virgine explicat verba illa apocalypſis.ſignum

magnū apparuit in cœlo: mulier amicta ſole/ & luna ſub pedi- Apo.12.
bus eius/ & corona ſtellarum 12. in capite eius. accōmodās illa
congruenter & apte ad ſacræ dei matris præconium. Vbi duo-
decim illas ſtellas myſtice comparat duodecim præclaris virtu
tibus eiuſdem glorioſæ virginis: ſic in fine dicens. Martyrium Bernardus
ſane virginis (quam nimirū inter ſtellas diadematis eius/ ſi me-
miniſtis/ duodecimam nominauimus) tam ī Simeonis prophe
tia/ q̄ in ipſa dominicæ paſſionis hiſtoria commendatur. Poſi- Lucę.2.
tus eſt hic (ait ſanctus ſenex de paruulo IHESV) in ſignū cui
contradicetur. & tuam ipſius animam (ad Mariam autem dice
bat) pertranſibit gladius. Vere tuam O beata mater animā gla
dius pertranſiuit. alioqui non niſi eam pertranſiens: carnem fi-
lij tui penetraret. Et quidem poſteaq̄ emiſit ſpiritum tuus ille
IHESVS (omnium quidem: ſed ſpecialiter tuus) ipſius plane
non attigit animam crudelis lācea: quę ipſius (nec mortuo par-
cens: cui nocere non poſſet) aperuit latus. ſed tuam vtiq; ani- Ioan. 19.
mam pertranſiuit. Ipſius nimirum anima iam ibi non erat: ſed
tua plane inde nequibat auelli. Tuam ergo pertranſiuit animā
vis doloris: vt pluſq̄ martyrem non immerito te prædicemus/ in
qua nimirum corporeæ ſenſum paſſionis exceſſerit cōpaſſionis
affectus. An nō tibi pluſq̄ gladius fuit ſermo ille: reuera pertrā-
ſiens animam/ & pertingens vſq; ad diuiſionē animæ et ſpiri-
tus: mulier ecce filius tuus? O cōmutationē. Ioānes tibi ꝓ IHE Ioan. 19.
SV traditur: ſeruus pro domino/ diſcipulus pro magiſtro/ filius
Zebedei pro filio dei/ homo purus pro vero deo. Quomodo nō
tuā affectuoſā animā pertranſiret hæc auditio? quādo & noſtra
licet ſaxea/ licet ferrea pectora: ſola recordatio ſcindit. Nō mi-
remini fratres: ꝙ beata virgo Maria/ martyr in anima dicatur
fuiſſe. Miretur/ qui non meminerit ſe audiſſe: Paulum inter ma- Rhoma. 1.
xima gentium crimina memorantem/ ꝙ ſine affectione fuiſſet.
longe id fuit a Marię viſceribus: longe ſit a ſeruulis eius. Sed
forte quis dicat. nūquid nō eū pręſcierat moriturū? & indubitā
ter. Nūquid non ſperabat cōtinuo reſurrecturū? & fidenter. Su-
per hæc doluit crucifixū? & vehementer. Alioqui quiſnā tu fra-
ter/ & vnde tibi hæc ſapientia: vt mireris plus Mariam compa-
tientē/ q̄ Marię filiū patientē? Ille etiā mori corpore potuit: iſta
cōmori corde nō potuit. Fecit illud charitas: qua maiorē nemo
habuit. Fecit & hoc charitas: cui poſt illā/ ſimilis altera nō fuit.

¶ Qꝫ ex dictis Bonauēturę/ Bernardi & Anſelmi: clare demon
ſtratur dolor ſanctiſſimę virginis. CAP. VI

4 QVarto loco idem quod aſtruimus/ exploratū euadit
ex ſcripto eximij patris Bonauēturæ: in quadrageſi-
męoctauę diſtinctionis primi ſententiarum queſtio-
ne poſtrema, vbi in diſſolutione vnius obiectionum

Bonauentura. dicit. Pręcipue autē merebatur in Chriſti filij ſui paſſiōe: beatiſſima mater & virgo Maria, cui patiēti/quātū ſexus muliebris fragilitas ſuſtinere poterat: cōpatiebatur. Nullo tamē modo eſt dubitandū/quin virilis eius animus et ratio cōſtātiſſima vellet etiā tradere filiū ſuū pro ſalute hūani generis: vt mater per oīa cōformis eſſet patri. Et ī hoc miro modo debet laudari & amari: ꝙ placuit ei ꝙ vnigenitus ſuus pro ſalute generis humani offerretur. Et tantū etiā cōpaſſa eſt: vt ſi fieri potuiſſet/ omnia tormēta quæ filius pertulit/ipſa multo libētius ſuſtinuiſſet. Vere ergo fuit fortis & pia/dulcis pariter & ſeuera: ſibi parca/et nobis largiſſima. hæc ergo præcipue eſt amanda & veneranda poſt trinitatē ſummā: & eius prolem beatiſſimam dominū noſtrū/

Bernardus IHESVM CHRISTVM. ¶ Quinto. Beatus Bernard9 in expoſitione euāgelij/ſtabat iuxta crucē IHESV mater eius: hāc ſingularem dirigit orationem ad virginem Mariam. Memento obſecro dulcis domina & mater/illius venerandæ ſtationis: qua tuo tā beato filio pendenti in cruce aſtitiſti. Reduc quęſo ad memoriam/cordis tui cogitationes & innocentis animę tuę anguſtias/quas tunc habuiſti: quando innocens ille tuus vnigenitus corā te immolatus eſt. & recogita ꝙ omnia pro peccatoribus tolerare voluit: quorū primus ego ſum. Ille michi præſtitit vt ſim frater ſuus: ergo tu ne dedigneris pia mater/vt ſim filius tuus. habe ergo pijſſima domina: me indignū tibi commendatū. Ad te hodie O vnica ſpes miſerorū confugio/plenus fiducia: tibi meipſū & oēs neceſſitates meas cōmēdo/te hodie ī matrē & patronam præ cunctis pręcepto. Noli ergo pia mater ſpernere me/propter eū: qui amore mei nudus et laceratus pependit coram te in cruce. In qua quidē affectuoſa oratione manifeſte affirmat: beatā virginem & matrem in paſſione filij ſui anxie doluiſſe. ſicut & Bonauentura paulo ſuperius aſſeruit eādē ſacrā virginē tantū filio ſuo patienti fuiſſe cōpaſſam: quantū ſexus muliebris fragilitas ſuſtinere poterat. Et certe ſicut non

Threno. 1. eſt inuentus dolor ſimilis ei dolori quem pertulit CHRISTVS pro nobis: queādmodū in Threnis lamentatur Hieremias. ita neq; vlla cōpaſſio cuiuſuis matris ad filiū ſuum vnq̄ fuit tanta: quanta beatæ virginis ad CHRISTVM. Quod ſane antehac nemini viſū eſt ābiguū/ aut in diſceptationē trahendum: adeo omniū animi in hanc conuenerunt ſententiā/vt ſcripturis/rectę

Anſelmus rationi & pietati fidei cōſentaneā. ¶ Sexto. Beatus Anſelmus in ſermone de ſupradicto euangelio: ait. Stabat Maria: in fide IHESV conſtantiſſima et patientiſſima. Nā diſcipulis fugientibus cunctiſq; viris recedentibus: in gloriā totius fœminei ſexus/inter tot preſſuras filij ſui conſtanter ipſa ſola ſtabat in fide IHESV firma. & pulchre ſtabat/vt decet pudicitiā virgina

lē.nō ſe laniabat in tāta amaritudine:nō maledicebat/ nō mur
murabat/nec vindictā hoſtiū a deo petebat.Sed ſtabat diſcipli
nata/verecūda/virgo patiētiſſima/lachrymis plena/ doloribꝰ
imerſa.Deinde ad eā verba dirigens ait.O domina/quos fōtes
lachrymarū dicā erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis: cū attē-
deres vnicū filiū tuū innocētē corā te flagellari/mactari/& car-
nē eius diſſecari crudeliter:& tamē diuinę volūtati cōformis fu
iſti patiēter. ¶Septimo. Beatus Bernardusin homelia ſuper Bernardus
7 euangelio/ſtabat iuxta crucē IHESV mater eiꝰ:ſic dicit.O do-
lores iexplicabiles/O ineffabilis reciprocatio ſancti amoris.Fi-
lius patitur/& intus valde cōpatitur matri:mater vero cōpaſſa
eſt patiēti filio.Tātus nēpe impetus paſſionis domini IHESV
fuit:vt quaſi torrēs ipſū impleret patiētē/& inebriaret(quia te-
ſte pſalmo:de torrēte ſcilicet paſſiōis/ i via bibit CHRISTVS) Pſal.109.
& ſic CHRISTO ipleto:i matrē flueret cōpatiētē.qua ſimiliter
impleta:ad filiū redūdaret inundatio amaritudinis & mœro-
ris.Idē quoq; in ſermone de paſſione domini: ait.Quod i carne
CHRISTI agebāt claui & lācea:hoc in virginis mēte /paſſio
naturalis affectionis & materna anguſtia.claui vtiq; & lancea:
paſſionem.affectio materna:compaſſionem.

¶Iterum ex Bernardo/Anſelmo/& Auguſtino:dolorem virgi
nis in filij ſui paſſione comprobari. CAP.VI

Ctauo vero loco idē fulcitur authoritate ſan Bernardus
8 cti Bernardi:qui i expoſitiōe ſupradicti euā-
gelij de ſtatione matris domini iuxta crucē
eius/ait.O viſcera materna beatiſſima:quāta
fuit intra vos cōmotio in illo tempore/ cum
diſſecaretur oculis maternis videntibus et la
ceraretur caro illa ſacroſācta:quæ intra vos
tā dulciter a ſpiritu ſancto eſt compacta.Ve-
re dolor qui ab alijs matribus exprimitur in præſentialibus na
torum ſuorum tormentis/exterioribus ſignis & clamoribus:pe
ne totus intra te O fœlix mater conuerſus/viſcera tua inenarra
biliter commouit.Nam noueras integrum corpus filij tui egreſ
ſum de vtero tuo virginali:& ecce videbas dilaceratum et con
ſciſſum vulnere ſuper vulnus/ manus clauis confixas cruci/
& pedes perforatos ac latus/& ſanguinem decurrentem in
terram. ¶Nono. Beatus pater Anſelmus/de dolore bea- Anſelmus
9 tæ virginis in hora paſſionis filij ſui loquens:inquit.Quis
ęſtimare poteſt quanta triſtitia/ mœrore & dolore vulneraba-
tur cor maternum:ſuper vnici & naturalis filij paſſione/ quem
tam caſte concepit/ tam gaudioſe peperit/tam dulciter aluit?
Vidit eum ligatū:& ſoluere nō potuit.vidit corpus vulneratū:
& vulnera ligare non valuit.Vidit ſanguinem in faciem flue-

re:& abſtergere nequiuit. caput inclinatum:& ſuſtentare nō po
tuit. flentem: et prę triſtitia conſolari nequiuit. Audiuit eum di=
cere/ſitio:& ei aquā miniſtrare non valuit. ¶Idē quoqȝ in me=
ditationibus & tractatu de cōpaſſione virginis: in perſona Ma=
riæ loquens/dicit. Aſpiciebam dominum & filium meū in cru=
ce pendentem:& morte turpiſſima morientem.& tanto dolore
vexabar in mente:ꝙ non poſſum eum explicare ſermone. Ma=
nabat ſanguis:ligno manibus pedibuſqȝ confixis. de vultu eius
Pſal. 44. effluxerat pulchritudo omnis: qui tamen erat ſpecioſus forma
præ filijs hominum/ quia iniquorum erat fœdatus ſputis. Ille
erat dolor michi maximus/quia videbā me deſeri ab ipſo: quē
virgo conceperam & genueram. Nec ſuperat alius: quia michi
erat vnicus. Videbam eum mori:quem dilexit anima mea/& to
ta liquefiebam prę doloris anguſtia. Dabam gemitus & ſuſpi=
ria/flebam dicendo & plorabam per verba talia. O fili chariſſi
me/ O benigne nate/ O amor vnice/ fili dulciſſime: da michi
mori tecum/& ne derelinquas me. Nichil michi dulcius vere:q̄
mori tecum amplexata cruce.& nichil amarius certe:q̄ viuere
ſine te. Tu michi pater/tu michi filius/tu michi ſponſus/tu mi=
chi theſaurus:tu michi gaudium/tu michi omne bonum. Nūc
orbor patre/viduor ſponſo/deſeror prole:omnia perdo/ te vno
Auguſtinꝰ perdito. ¶Decimo. Beatus Auguſtinus eidem accedens ſentē= 10
tiæ: dicit. Beata virgo Maria pia mater/ita ingēti dolore in paſ
ſione filij defatigata erat: vt iam deficiens/ad CHRISTI funꝰ
vix potuerit peruenire. Vnde etiam ſanctarum mulierum mani
bus ſuſtentata fuit:& ad ſepulchrum CHRISTI tertio die ve=
nire nequiuit. Pie namqȝ credo/ ꝙ ipſa præ dolore mortua fu=
iſſet/& cor eius ſciſſum:ſi ſpiritus ſanctus eam non conſeruaſſet
miro modo. ¶Idem quoqȝ ad CHRISTVM loquens ait. Fo
deris O dulcis IHESV diris clauis extra:aſperius intra/ex cō=
paſſione virginis matris/tecum hæc omnia participātis. Quid
obſecro his tot & tantis teſtimonijs apertius? ¶Vndecimo. 11
Bernardus Bernardus in tractatu de compaſſione virginis: in perſona eius
loquens ait. Cum fuiſſem intuita filium meum pugnis percuti/
alapis cedi/facie conſpui/ſpinis coronari/& opprobrium homi
num fieri:commota ſunt omnia viſcera mea/& defecit ſpiritus
meus. tenebar velut emortua et ſuſtentabar: quouſqȝ peruentū
eſt ad locum vbi crucifixerunt eum ante me/ & diris clauis affi
xum leuauerunt in cruce. Ego videns eum:ſupra q̄ dicere poſ=
ſem dolebam.& ipſe videns me:plus dolebat de me q̄ de ſe. Vn
de & ego tanto dolore vexabar in mente:ꝙ non poſſem illum
explicare ſermone. ¶Et poſt pauca idē ſubiungit. Mater ſentie
bat filij dolores:virgo quæ peperit/gladiū patiebatur doloris.
CHRISTI morientis vulnera:matris erant. doloreſqȝ matris

Chriſti fuerunt. & dolores nati: matris animam penetrabāt vt gladius acutus.

¶ Adhuc alio Bernardi teſtimonio/& matrū veteris teſtamenti in filiorū aduerſitate/luctu: patefieri propoſitū. CAP. VIII.

12 DI mū duodecimo loco/eadē cōprobatur ſententia: authoritate Bernardi/ita in meditationib⁹ dicentis. O mirabilis cenſuræ conditio. excellit iniquus: et vapulat iuſtus. Deliquit homo re⁹: & occiditur pro eo/homo deus. Flet et lamentatur innocentiſſima virgo mater eius. O dulciſſime IHESV/O benigniſſima Maria virgo quid cōmiſiſtis: ꝙ tanto cruciatui/tot & tantis afflictionibus addicti eſtis? Nos ſumus qui peccauimus: nos qui iniuſte egimus. & tu innocentiſſima virgo cum vnico nato: pro nobis doletis & affligimini. O peccator vide: quomodo patiuntur & flent pro te IHESVS & Maria. Cur ergo tu ferreū cor nō cōmoueris: non fles pro teipſo/anima virginis vulneratur dolore: & tu durus reſiſtis. Luge cū Maria. Plora et fle ſuper peccata tua. Beati enim qui lugent: quoniā ipſi cōſolabūtur. Poſſent inſuper ad propoſitum aſtruendū adduci et aliꝗ ſāctorū patrū authoritates: ſed cauendū nobis eſt ne ſuperuacanea videatur tot et tātorū teſtimoniorū collectio. Proinde quæ iā adductę ſūt/noſtri inſtituti approbatoriꝗ inſigniū virorū ſētētię: ad faciēdā illius fidē ſufficere cēſeātur. ¶ Cęterū ſi ad veteris inſtrumenti paginā oculos intendere iubet: ſuggeret et ipſa materiam huic confirmando negocio. Siquidem in libro Ruth legimus: ꝙ Noemi orbata duobus filijs/reuerſa de peregrinatiōe ſua ad natale ſolum/dixit Bethleemitis. Nolite me vocare Noemi/id eſt pulchrā: ſed vocate me mara/id eſt amaram. quia amaritudine repleuit me valde omnipotēs. Inſuper Anna mater Thobię iunioris/filiū ſuum fleuit irremediabilib⁹ lachrymis: ꝙ diutius ꝗ̄ cōſtituerat/ in ſua peregrinatione demoraretur abſens/nec præfixo die ad parentes ſuos reuerteret. Vox itidem in Rama audita eſt/ ploratus & vlulatus magnus: Rachel plorans filios ſuos/ & noluit conſolari quia non ſunt. Deniꝗ vera mater filij viuētis (quē ad dirimendā cōtētionem duarum mulierum expetentium ab eo iudicium: iuſſit Salomō admirāda quadā ſagacitate diuidi per mediū) habuit viſcera materna cōmota ſuper filio ſuo: petiuitꝗ cū obſecratione/ ipſū viuentē et integrū tradi potius ęmulę ſuę/quæ tamē vera non erat mater. Et hoc ſigno atꝗ indicio naturalis cōpaſſionis: deprehēdit Salomon eā eſſe verā matrē ipſius filij viuētis. illam vero quæ non cōmouebatur ſuper puero iuſſo occidi ſed dixit: nec michi nec tibi/ſed diuidatur: prudētiſſima cōiectatione co-

Bernardus

Matth. 5.

Ruth. 1.

Thob. 10.

Hiere. 31.

3. Reg. 3.

gnouit nõ eſſe matrẽ ſuperſtitis atq; viuẽtis pueri/q̃uis ſe matrẽ
eſſe ementiretur: quoniã natura rebus idita mentiri nõ potuit/
aut ſeipſã non prodere. Quid igitur cenſendũ eſt de ſacratiſſi-
ma Chriſti matre/ quæ habuit longe grauiores cauſas et mate
riã dolendi in amara paſſione filij ſui: q̃ ſupradictę habuerunt
matres. quę tanq̃ typus/imago & figura virginei doloris: prę-
ceſſerunt in veteri lege/ vt vmbra veritatẽ et exẽplar tẽpore ſo-
let antecedere: ſed in eo quod reprę́ſentat/ citra ipſum deficere.
quocirca cognoſcitur longe minor & leuior fuiſſe earũ dolor de
filiorũ aduerſitate: q̃ ſacratiſſimę virginis de filij ſui vnigeniti
ignominioſa morte. Quid inquam cenſendum de ſacroſancta
dei matre: niſi ꝙ acerbiſſime cõmota ſint viſcera eius materna
ſuper filio ſuo/ & larga effuſiõe lachrymarũ hæc intima eiꝰ cõ-
paſſio eſt exterius declarata? Quiimmo vt audentius loquar &
apertius: ſi beata virgo nullo fuiſſet cruciata dolore in filij ſui
paſſione/ nullãq; in eũ habuiſſet cõmiſeratione: nõ oſtendiſſet
ſe eſſe verã eius matrẽ/ neq; fuiſſet eius indubitata parens. quã-
doquidẽ quod natura recte ordinata indidit rebus õnibus: ipſa
in ſe neq; perſenſiſſet neq; prodidiſſet. Queadmodũ Salomon
ex diuino ſapiẽtiæ munere ſibi infuſo depræhendit eã mulierẽ
quæ ſuſtinuit filiũ viuentẽ diuidi debere/ vt iuſſerat rex ſolertiſ-
ſimus: non eſſe verã illius matrẽ ſicut nec erat/ quia non com-
mouebantur viſcera eius ſuper puero occidẽdo. Ecce in quod i-
pietatis barathrũ incidũt aduerſarij noſtri: qui dũ glorioſã vir-
ginẽ MARIAM volunt extollere egregio titulo/ per abnega-
tionẽ doloris & cõpaſſionis in morte filij ſui: verã ab ea ſuſtol-
lunt maternitatẽ. atq; ad ſuã poſitionẽ/ conſequentem cogũtur
admittere hanc abſurditatẽ: ꝙ beata virgo MARIA nõ fuit ve
ra mater Chriſti. At quoniã nichil magis impiũ aut execrabiliꝰ
de digniſſima dei parente dici poſſet/ q̃ ipſã nõ eſſe verã domi-
ni noſtri genitricẽ: ex interemptione conſequentis/ interima-
mus et antecedens datæ ratiocinationis. colligẽtes quoniã bea
ta virgo omniũ cõfeſſione eſt vera mater Chriſti: ꝙ acerbe do-
luit/ & cõpaſſa eſt dolorifice filio ſuo. Poſtremũ demiror admo
dum aduerſarios noſtros vſq; adeo obluctari huic ſententiæ/
aſtruenti beatã virginẽ in paſſione Chriſti graui dolore affectã
fuiſſe: cũ videant ex pia fideliũ religione inductũ in nõnullis ec
cleſijs feſtũ de dolore glorioſę virginis/ & illud apud multos ſo
lenniter celebrari. cũ itidẽ cognoſcant propriũ miſſę officiũ in
venerationẽ illius acerbiſſimi doloris iã olim eſſe cõpoſitum/ et
publice ab eccleſia legi. An putãt tot et tãtos eccleſiaſticos vi-
ros qui hæc approbãt/ errore duci/ & trahi per deuia: ſe autẽ ſo
los qđ rectũ eſt ſentire/ qđ verũ eſt tenere? Reſipiſcãt ab hac fal
ſa ꝑſuaſiõe/ ſi eã iduerit: et verã de dolore virgineo ſentẽtiã tot

Qꝫ dolor beatæ virginis i paſſione Chriſti: oſtendit eam eſſe verã eius matrem.

ſcripturæ teſtimonijs/tot ſanctorū patrū authoritatib⁹ munitā: nobiſcū deinceps ſequantur/approbent/& prædicent.

¶ Quis beata virgo fuerit plena gratia/et ab ōni peccato īmunis: id tamē nō arguit in ea indolentiam. CAP. IX.

IN ſecunda huius ſuſcepti operis parte ſupereſt(vt inſtituim⁹)rationes diſſoluere noſtrorū aduerſariorū/cū qbus in hac palæſtra litteraria manū cōſerimus: quas adducere ſolēt ad fulciēdā hāc ſuā ſententiā/ q̀ beata virgo MARIA in paſſione filij ſui nequaq̄ doluerit.

1 ¶ Quarū prima eſt. In beata virgine fuit plenitudo gratię:ſecundū angeli teſtimoniū. At gratię plenitudo obſtat acerrimo dolori animi:cū gratia iteriorē cōſolationē et dulcedinē largiatur. Nō fuit igitur in ea/vlli dolori locus. ¶ Reſpōſio. Admittēda eſt primo loco aſſūpta ꝓpoſitio. Nā vt ſacer ait Hieronym⁹ cęteris per partes gratia pręſtatur: MARIAE autē ſe totā infudit gratiæ plenitudo. Sed refutāda eſt ſcd͠a propoſitio: ſi modo intelligatur de dolore quātūcū[q] acerbo/procedēte ex recta ratiōe/et debitis determinato circūſtātijs. quoniā huiuſmodi dolor/a gratia diuina et virtute proficiſcitur: at[q] ex vberiore charitatis fonte profluit. Et talis fuit dolor ſacratiſſimæ virginis: ex abundantia præcipui amoris in filiū/procedens. Siquidē Chriſtus fuit plenus gratiæ et veritatis/ cui deus pater ſpiritū dedit nō ad menſurā: et de plenitudine eius nos ōnes accepim⁹/ gratiā pro gratia. nichilo ſecius ipſe ſuſtinuit acerbiſſimos animi dolores: vt apud Matthęū diſcipulis perhibuit dicēs. Triſtis eſt anima mea vſ[q] ad mortē. et vir dolorū: ab Eſaia dict⁹ eſt. Verū hic dolor cōmendatione dignus et rectus: dulcedini diuinæ gratię/ & iteriori cōſolationi(vt paulo poſt dicemus) nō repu-

2 gnat. ¶ Secunda aduerſariorum ratio. Peccatum eſt cauſa doloris & pœnæ/omniſ[q] dolor: ex peccato & præuaricatione habet ortum. Beata autē virgo MARIA ſemper fuit imunis at[q] exors peccati: non modo actualis vt venialis aut mortalis/ ſed etiā originalis. Nō igitur vllū habuit i paſſione filij ſui dolorē. ¶ Reſpōſio. Si primo loco aſſūpta propoſitio itelligatur de dolore pœnitētiali conſequente culpā perpetratā/aut de amaritudine at[q] triſtitia animi pœnitudine ducti ob ſcelus admiſſum: vera eſt et concedenda. ſed hunc dolorem: beatæ virgini non aſcribimus. Si vero intelligitur illa propoſitio primo loco adducta / de dolore conſequente naturaliter læſionem naturæ/ aut dolore cōpaſſionis procedente ex pio affectu animi in aliquem: repudianda eſt. Nam et Chriſtus qui peccatum non fecit: ex læſione corporis acerrimum pertulit & ſenſibilem dolorem. et beata virgo MARIA ſi fuiſſet vulnerata in corpore: vti[q] læſionem illā & dolorem ſenſibilem percepiſſet/quoniā

Luc. 1.

Hieronymus.

Ioan. 1.

Matth. 26.

Eſa. 53.

idipſũ:naturale eſt. Similiter Chriſtus dolorẽ habuit cõmiſera-
tiuũ ſuper afflictione aliorũ: cũ ex animi pietate ſæpe lachry-
Ioan.11. matus ſit/ vt ſuperius in ſexta ratione ſũpta ex ſacris eloquijs
adductũ eſt. ſicut & frequẽtius miſertus eſt calamitatis afflicto-
Marci.8. rũ. Miſereor(inquit) ſuper turbã: quia ecce iã triduo ſuſtinent
me. Proinde inualida eſt hæc aduerſariorũ argumẽtatio. Bea-
ta virgo fuit in hac vita ſine peccato: ergo fuit tunc ipaſſibilis.
Nam peccati etiã cuiuſcunq; carẽtia/ nõ inducit impaſſibilitatẽ
neq; corporis neq; animi in hac vita mortali: ſed ſola reſurre-
ctio glorioſa/ per iteratam animæ cũ corpore vnionẽ. Sed age
dicãt quæſo. nõne beata virgo Maria in pręſentis vitę incola-
tu eſuriuit/ ſitiuit/ ſõno indiguit et quiete poſt laſſitudinẽ/ et cæ
teras ſuſtinuit paſſiones: quæ conditiones ſunt naturæ noſtræ
mortalis: quinmo et mortẽ ipſã ſubijt? Cur igitur ſimili ratio-
ne non doluit: oblata illi materia maximę triſtitiæ/ cũ recta ra-
tio diffiniuit eſſe dolendũ? Rurſũ dominus noſter oẽs affectus
innocuos humanę naturæ in ſe manifeſte oſtẽdit: quo verũ ſe
hominẽ eſſe liquido proderet. vt irã & triſtitiã: cũ apud Marcũ
Marci.3. dicitur. Et circũſpiciẽs IHESVS eos in ira: contriſtatus eſt ſu-
per cæcitate cordis eorũ. Similiter cõmiſerationẽ/ pauorẽ/ te-
dium/ dolorẽ ipſe dominus noſter ſuſtinuit: quẽadmodũ ſpar-
ſim adducta ſuperius exẽpla fidẽ faciunt/ & ſacra eloquia dilu-
cide declarãt. & tamẽ in eo nulla fuit peccati labes. Ergo imu-
nitas a peccato/ naturã nõ mutat: neq; naturalia tollit a nobis.
Similiter gratia ſuperaddita naturę/ ipſã nõ pmutat: ſed pficit
potiꝰ & abſoluit. Quare pſpicuũ eſt oĩmodã peccati carẽtiã: nõ
ſuſtuliſſe a beata virgie piũ cõpaſſiõis affectũ/ a natura iſitũ/ &
a gratia adiutũ atq; excitatũ. quĩ potiꝰ adauxiſſe ipſũ/ pfectio-
remq; reddidiſſe: q̃ fuerit in alijs peccato obnoxijs.

¶Q gaudiũ beatæ virginis de redẽptione humana: non im-
pediuit dolorẽ eius & modeſtã condolentiam. CAP. X.

TErtia aduerſariorum ratio. Beata virgo Maria gau- 3
diũ habuit et exultationẽ/ quinmo & delectationẽ
de paſſione & morte filij ſui: per quam humani ge-
neris ſalutem cognouit mundo afferri. Non igitur
de illa: dolorem & triſtitiam ſuſtinuit. Siquidẽ gau-
dium & dolor de eodem: contraria ſunt/ neq; ſimul eidem ad-
eſſe queunt. ¶Reſponſio. Admittẽdum eſt id quod aſſumitur:
quantum ad partem animæ ſiue mẽtis contẽplatiuã/ & volũta
tis affectiuã ſupiorẽ. qua beata virgo cõſyderabat maximã vti
litatẽ et fructũ paſſiõis filij ſui: ſcilicet redẽptionẽ totiꝰ generis
hũani. et in eo cõformis diuinę volũtati: gaudebat de paſſione
filij ſui tanq̃ precio noſtræ redẽptiõis/ et ſatiſfactiõe pro nobis.
Tamẽ quantum ad inflictionẽ cruciatuum filij ſui innocentis/

illatorũ ei multifariã & crudeliter a populo peculiariter electo/ & quantum ad maternũ affectum quem perfectiſſime habuit: grauiſſime doluit de iniuria/ignominia & tormentis filio ſuo illatis/ſecundũ partẽ animi affectiuam & cõmiſeratiuã. Illa autẽ: minime ſunt contraria. tum ꝗ non ſint in eodẽ ſubiecto. ſed dolor in parte ſenſitiua/& rationali affectiua inferiori: quę cõdeſcendit aliorũ miſerię. gaudiũ vero illud/in parte rationali ſuperiore: quæ ſimpliciter diuino ſe cõformat beneplacito. tũ ꝗ illa duo ſupradicta/ dolor ſ. et gaudiũ/nõ ſint de eodẽ obiecto. ſed dolor de ſupplicijs/probris & cõuicijs: filio ſuo indigne irrogatis. gaudiũ vero: de maximo fructu ſpirituali/prouenientẽ humano generi ex paſſione & morte filij ſui. At vero vt dolor & gaudiũ cõtraria ſint: debent eſſe prorſus in eodẽ ſubiecto/et circa idẽ penitus obiectũ. Porro hæc aduerſariorũ ratio facile refellitur de Chriſto: qui in paſſione ſua ſũmũ habuit dolorẽ animi et triſtitiã ex grauiſſimis afflictionibus corporis/ cũ a plãta pedis vſqȝ ad verticẽ capitis nõ fuerit in eo ſanitas. ſimiliter & doluit de peccato Iudęorũ & crucifigentiũ/ & ingratitudine eorũ quibus præuidebat paſſionẽ ſuã (ĩpediẽte quidẽ ipſorũ culpa) nõ profuturã. et tamẽ ſimul habuit gaudiũ de ĩpletiõe beneplaciti paterni: & redẽptione hũani generis per ſuã mortẽ. ¶Neqȝ efficax eſt tergiuerſatio quã aſſignãt aduerſarij: cõtendentes nõ eſſe ſimile in propoſito de Chriſto & beata eiꝰ matre. quia Chriſtus (aiunt) volens paſſus eſt. Maria autem præſeruata a peccato: noluit neqȝ potuit pati/ſed volens gloriata eſt de morte filij. Paſſionis eni (inquiũt) ſubiectum: peccatum eſt/quod in ea nequaꝗ̃ fuit. ¶Nam ſicut Chriſtus volens paſſus eſt tormẽta corporis & ludibria: ita et beata virgo voluntarie paſſa eſt dolores animi & mœrorem/& ſponte ſua filio ſuo compaſſa. vt hęc compaſſio nõ ſolum fuerit naturæ: ſed et rectæ rationis eam diffiniẽtis et excitantis/ſimul cum gratia concurrente. Et ergo in tali commiſeratione tanꝗ̃ bono et præclaro opere: inſigniter merebatur apud deum. meritũ autẽ õne: volũtarium eſt et ſpontaneũ. Qꝛ ſi voluit beata virgo pati dolores animi/ et etiã paſſa eſt: vtiqȝ illud potuit. Neqȝ gloriatio illa volũtaria/qua in cruce domini gloriabatur: repugnabat cõpaſſioni eius et dolori/vt ſupra dictũ eſt. Cæterũ paſſionis contractæ ob culpam/et inflictę ob reatum: ſubiectum/peccatum eſt. non tamẽ paſſionis animi (vt doloris) volũtarie aſſumptę ob legitimam cauſam: et ſecũdum rectę rationis determinationem. Nõ enim omnes paſſiones humanę conſequuntur pręuaricationem peccati: licet aliquæ (quas noxias vocant) eam ſequantur. vt rebellio carnis in ſpiritum/fomes peccati/pronitas ad malum/tarditas ad bonũ/ inſcitia veri et recti/ignorantia dei: quæ nullo pacto fuerunt in

Eſa. 1.

Cauilli dilutio.

ſacroſancta virgine. Sed multæ etiam paſſiones conſequuntur conditionē naturæ humanę & naturalem eius ſortē: vt fames/ ſitis/dolor/cōmiſeratio/fatigatio/ ſomnus. quæ recta ratione determinatæ/omnino ſunt ſine peccato: et a pleriſq; vocantur paſſiones innocuæ. Et tales fuerūt in Chriſto et beata eius matre. nō quidē ex peccato ſed natura/ſimul cum recta ratione & gratia: dirigentibus actus iſtarum paſſionum/et ipſas paſſiōes ſemper ad rectitudinē. pręſtiteruntq; ſacratiſſimę virgini argumentū/materiā et obiectū bonarū operationū: quibus placebat deo/et gratum illi obſequiū præſtabat. ¶Neq; probāda eſt

Stoici. hoc loco Stoicorū ſententia/ ponentiū virtutis officiū eſſe: paſſiones ipſas natura ingeneratas nobis reſecare penitus/euellere et extirpare/vt illis nullo modo afficiamur. Nō eni impaſſibilitatē ſtatuimus & omnimodā inafficiētiā (vt illi) virtutis eſſe

Peripatetici. cōpletionē et conſumationē: quibus videtur in hac ſua poſitione aſtipulari aduerſarij. Sed cū Peripateticis dicimus virtutes eſſe moderatrices paſſionū: vt eas ad mediocritatē & rectę rationis metas ducant. Eſt eni hæc Ariſtotelis ſententia: & ſacris litteris et authoribus maxime cōſona. ¶Quarta aduerſariorū 4 ratio. Indecēs & incongruū fuit beatæ virgini/ & verecundiæ eius virginali: ꝙ eiularet iuxta crucē domini corā multitudine populi/ꝙ altū vociferaret/tunderet pectus pugnis/laniaret capillos/aut vnguibus genas diſcerperet. Nō igitur exiſtimandū eſt de ea: ꝙ doluerit in hora paſſionis filij ſui. ¶Reſpōſio. Admittantur q̄cunq; ſunt aſſumpta: neq; putetur beata virgo talia vnq̄ perpetraſſe/tēpore paſſionis Chriſti. quoniā illa non ſunt moderate dolētis: ſed ſuccūbētis dolori/& effreni ipetu animi ſe imoderate ferētis in oīa quęcūq; dolor ſuaſerit et impatientia. Dolor autē ſacroſanctę virginis fuit cū exteriore modeſtia/ grauitate/maturitate & decēti corporis moderatione. & tanto ſane intus vehementior: quāto minus foris prodebat. Nā quāto magis tegitur: tāto magis eſtuat ignis. Exterius igitur in benedicta dei parēte dolor ille ſolis promebatur lachrymis/ triſtiſſimo ac mœſtiſſimo vultu/pallore ſuffuſo: qui etiā aſpiciētes eā inflectere poterat ad cōmiſerationē & fletū. Exprimebatur itē grauiſſimus ille materni cordis dolor: interdū defectione totius corporis & viriū eius/& ceteris id genus ſignis: cū decētia tamē & virginali modeſtia factis. Siquidē idubitatiſſimū id oībus eſſe debet: dolorē illū maternę cōpaſſionis fuiſſe determinatū ſecūdū rectæ rationis legē & normā. Recta autē ratio ōni in re id prohibet: quod eſt plus ęquo/idecēs/& indecorū. Neq; igitur ſentiēdū eſt/illā nullo modo doluiſſe: neq; itidē imoderato et vehemētiori q̄ par eſt dolore/ad eiulationē aut vociferationē cōcitatā fuiſſe. quoniā hęc duo extrema ſunt ābo fugien

da:meritoq; vituperãda. Sed tenendũ potius: ipſã domini ma
trẽ/mediocritatẽ in ſuo dolore et modeſtiã obſeruaſſe: vt ſpiri=
tus ſanctus eã direxit in õnibus ipſius operib9/a quo nichil ni=
ſi honeſtũ/decens & laudabile proficiſci poteſt. Quocirca non
ĩprobãda eſt illorũ ſẽtentia(q̃uis eã aduerſarij nõ recipiãt) qui
dicũt dominũ noſtrum cruci affixum cõpellaſſe mœſtiſſimã ſuã
parentẽ/cum eã eſſet ſancto Ioãni commendaturus: nõ matris
ſed mulieris nomine/ne ipſa audito nomine materno vehemẽ
tius animo cruciaretur. Nam ſancti patres õnes hunc euange= Ioan. 19.
lij locũ explanantes: eam aſſignant huius nuncupationis ra=
tionem. Id quoq; ferunt/a beatiſſima virgine ſancto patri An=
ſelmo Cantuarienſi antiſtiti(qui fuit in ipſam deuotiſſimus: vt
ipſius opera ſatis idicãt)fuiſſe cœlitus reuelatum. Voluit eni fi=
lius eius hac appellatione cõmuni leuare potius acerbitatẽ ma
terni doloris: q̃ peculiari et propria maternitatis mentione illã
exaggerare.

¶Q2 virgo Maria in partu fuerit expers doloris/& Paulus in
cruce gloriatus: nõ cõuincit aduerſariorũ propoſitũ. CAP. XI.

QVinta aduerſariorũ ratio. Beata virgo Maria
peperit filiũ ſuum benedictũ ſine dolore et de=
trimento virginitatis. ergo conſimili iure iuxta
crucem ſtans: ob paſſionem filij ſui non doluit.
Cur eni potius illic q̃ hic a dolore foret exem=
ptã: aut diuino munere pręſeruata/quin potius
ſentiendum: ꝙ vtrobiq; fuerit eadẽ ratione im=
munis triſtitiæ. ¶Reſponſio. Admittendũ eſt
quod primo loco aſſumitur. quoniam ipſa beata virgo fuit ex=
pers labis originalis: vt ſuperiore libello oſtenſum eſt. & idcir=
co non ſubiacuit illi maledictioni Euæ. In dolore paries filios Gene. 3.
tuos. Etiã quia nõ pręceſſerat voluptas cõcupiſcẽtię ĩ cõceptu:
nõ ſecutus eſt dolor in eius partu/vt ait Auguſtinus. Nullus itẽ Auguſtin9
alius partus decuit deũ/veniẽtẽ cũ humanę carnis ĩdumẽto in
hũc mũdũ: niſi q ſeruata matris virginitate fieret/ob ſũmã ei9
maieſtatẽ et ĩmaculatiſſimã puritatẽ. Ideo id derogaret dignita
ti virginali et diuinę celſitudini: ſi in dolore aut lęſa virgini=
tatis integritate/filiũ dei mater peperiſſet. At nullo modo id p̃=
iudicat præſtantię glorioſæ virginis: ꝙ in paſſione dilecti filij
ſui acerbe doluerit. quinimo amplioribus eam cumulat gratia=
rum dotibus: et pręclaro martyrij titulo inſignitam reddit. vt
ipſa nunc clare dinoſcatur omniũ ſanctorũ gradus/ordines &
ſtatũ: inſe vna cõplexa. Angelorũ quidẽ: ꝙ ſalutẽ/ pacẽ et gau
diũ toti mũdo annũciauit/per ſalutiferę ſuę prolis partũ. Pro=
phetarum: ꝙ prophetico donata ſpiritu/ ſe ab õni generatio= Luc. 1.
ne beatam dicẽdam pędixit. Apoſtolorũ vero/ꝙ ſacratiſſima

Q) beata virgo ſanctorum omniũ gradus in ſe continet. Cap. 5.

dominicę incarnatiõis myſteria ſuis oculis perſpecta et cognita/quę alta mente repoſuerat: apoſtolis et euãgeliſtis promulgãda deprõpſit/apoſtolorũ doctrix et euangeliſtarũ magiſtra. Martyrũ itidẽ attigit ordinẽ: ꝙ gladio doloris in paſſione filij tranſfixa/nõ minores q̃ martyres in ſuis corporib9/animi cruciatus pertulerit. vt ex Hieronymo et Bernardo iam oſtenſum eſt. Neqꝫ ipſa ſanctorũ domini cõfeſſorum deſtituta eſt gradu. quoniã contemptis huius mundi delinimentis et gaudijs: totã hic vitã tranſegit in paupertate/ abſtinentia/ et ſobrietate/ placidaqꝫ morte demũ quieuit in domino. Virginum vero quis eã negauerit contigiſſe brauiũ et ſortem/cum et regina ſit virginum/ et virgo virginum/eximium virginitatis decus et ſpecimen/virginaliqꝫ candore longe cæteras præſtãs. Merito igitur ſuper omnes angelorũ choros/ſuper cunctos ſanctorũ ordines/ ipſa digniſſima dei mater exaltata prædicatur: vt quæ ſanctorũ oĩm dignitates et dotes vnice cõplectatur. et quę ſinguli ſparſim obtinẽt: ipſa collecti cõiũctimqꝫ in ſeipſa ſupereminenter habet dignitatũ inſignia. Non poſſunt autẽ recte martyrij coronam et rationẽ beatæ virgini aſcribere: qui eã in hora paſſionis filij ſui dolore cõfectã fuiſſe abnegãt. Inſuper dolor iſte virginei cordis quẽ aſtruimus: ipſam eſſe veram matrẽ oſtẽdit/et affectuoſis pietatis viſceribus in filiũ affectam. Quæ quidem ſi nullo modo in eius morte doluiſſet: nichil viſa fuiſſet cum filio ſuo habere commune/ neqꝫ ſyncero in eum amore affecta. Rurſum grauis iſte dolor virginis matris/nobis multũ profuit ad ſalutem: cum voluntarie ab ea ſit aſſumptus ratione perficiendæ redemptionis humanę per filium/ et præcipue illius occaſiõe. Vnde iter cæteras cauſas cur dominus noſter voluerit matrẽ ſuã(quã intime dilexit)tantis excruciari dolorib9/ et præſentẽ eſſe paſſioni eius: hæc a ſanctis patrib9 etiã ſolet aſſignari. vt grauis ille dolor maternus/et acerbitati martyrij iure ęquiparãdus: eſſet in aliquãtã quodã modo ſatiſfactionẽ ꝓuaricatiõis primorũ parẽtũ/et cooperationẽ redẽptionis generis humani. Vt queãdmodũ per virũ et mulierẽ iducta eſt primũ mors in mundũ/et facta tranſgreſſio in deũ: propter quam tota dãnata eſt poſteritas. ita per duos/ Chriſtũ inquã et ſanctã eius matrẽ/ virum et mulierẽ: aboleretur per cõdignã ſatiſfactionem illa obligatio mortis. Et reuera deleta eſt condemnatio noſtra per amariſſimũ vtriuſqꝫ dolorẽ: ſicut facta eſt dei offenſio/per illicitã Adæ et Euæ in eſu pomi vetiti delectationem. Quod igitur primus Adam et prima Eua in tranſgreſſione commiſerunt: hoc ſecundus Adam et ſecunda Eua noſtra/in doloris toleratione repararunt et a lapſu reuocarunt. Quocirca poſt filium/ ipſa beata mater dici iure poteſt in

Quare beata virgo in filij ſui morte grauiter doluit.

ſuo gradu redemptrix atq; reparatrix humani generis: q; hunc in paſſione filij ſui non pro ſeipſa (cum peccatum non haberet) ſed pro nobis noſtraq; ſalute pertulit dolorem. Proinde peccatorum aduocata & patrona merito a deo conſtituta eſt: quę pro peccatoribus tantā dolorū amaritudinē ſuſtinuit. Dignetur igitur benigniſſima virgo noſtræ cauſæ apud filiū ſuſcipere patrocinium: ad ſuum confugientibus pręſidium nobis miſericordiæ
6 ſinum aperiat/ & peccatorū remiſſionē impetret. Amē. ❡ Sexta aduerſariorū ratio. Beatus Paulus ad Galatas ſcribens dicit. Michi autē abſit gloriari: niſi in cruce domini noſtri I H E S V Chriſti. Ratio autē gloriationis eſt: quoniā ſancta crux cōfregit poteſtatē inimici/ & redemptionem attulit humano generi/ per eum qui ipſam proprio cōſecrauit & ſanctificauit ſanguine. Si igitur Paulus in cruce domini gloriatur: quomodo beata virgo ab ipſa dolorē concepit & triſtitiā? ❡ Reſponſio. Ingenue confitendum eſt/ & Paulum apoſtolum gloriatū eſſe in cruce domini: itidem & beatam virginem. non tamen propterea inficiandum eſt/ & Paulū & alios viros ſanctos ex intima & attēta meditatione acerbiſſimæ paſſionis domini in amaritudine cordis: plerumq; in pias prorupiſſe lachrymas/ ob cōpaſſionē & ſyncęrum animi affectū in Chriſtum. quæ tamen lachrymæ non fuerunt amaræ: ſed dulces illis & ſuaues. Queādmodū Auguſtinus recte admonet: q; peccator pœnitens de peccato doleat/ & de dolore gaudeat. Si igitur in cordibus pie affectis/ ſola memoria doloroſæ paſſionis domini lachrymas mouet: quid mirū ſi ſpectaculum ipſum & pręſentia rei/ in ſacratiſſima matre ciebat fletum? cum quo tamen erat coniuncta gloriatio in cruce domini noſtri: in eadem virgine. Nam hæc duo/ fletus inquā & gloriatio ob paſſionem domini: i ſacratiſſima dei matre aut alio quouis/ repugnantiā non habent. quandoquidē omnis luctus pius & ex bono affectu prodiens: interno ſemper gaudio eſt coniunctus. queādmodū in tertię ratiōis diſſolutiōe prius etiā eſt dictū.

Gala. 6.

Auguſtin9

❡ Ex eo q; Chriſtus ſe ſolū calcaſſe torcular paſſionis dicit: nō recte colligi beatā virginē nō doluiſſe in paſſiōe eius. Ca. XII

7 SEptima aduerſariorū ratio. Apud Eſaiā Chriſtus ad angelicos ſpirit9 de ſua paſſione trāſacta loquens: dicit. Torcular calcaui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecum. Ergo nō fuit ſacroſancta dei mater particeps dolorū paſſionis Chriſti: pręſertim pro ſatiſſactione totius humani generis & ad reparandū illius lapſum/ ſicut in quintæ rationis dilutione ſupradictum eſt. ❡ Reſponſio. Ex illo oraculo prophetico non recte conficitur: quod colligere annititur obiectio. Tum quia illa

Eſa. 63.

torcularis calcatio ad litterã intelligenda eſt de perpeſſione tormentorũ Chriſto ab extrinſeco illatorũ / in toto tẽpore paſſiõis: in qua reuera fuit ſolus. Nempe beatę virgini nõ ſunt a perſecutoribus irrogata in corpore ſupplicia. Tũ quia in eo ꝓphetę dicto profitetur Chriſtus / de gẽtibus nõ eſſe virũ ſecũ in torculari crucis calcãdo: nõ tamẽ idcirco negat mulierẽ fuiſſe ſimul participẽ ſuæ amaritudinis. Quare ibidẽ nõ excludit neq; excipitur beata virgo: quin & ipſa fuerit cõſors paſſionis eius. Dicit enim Ariſtoteles in Ethicis: ꝙ amico calamitatibus preſſo debet amicus aſſiſtere / ad cõdolendũ ei. vt quaſi doloris partẽ ferẽs: amici dolorẽ diminuat. Et quoniã beata virgo / ſummo amoris affectu filiũ ſuũ (vt par erat) ꝓſequebat: facta eſt & particeps dolorũ eius / & aſtans cruci: ſũme ei cõdoluit. ¶ Octaua aduerſariorũ ratio. Nõ vult deus (inquiũt) vt patiamur: ſed vt iulcẽ diligamꝰ. 8
Et abſit (aiunt) vt contriſtemur aut cõpatiamur in paſſione dñi: ſciẽtes ꝙ Chriſti paſſio / noſtra eſt redẽptio. Si igit id in nobis eſt vicio dandũ / ꝙ cõtriſtemur & cõpatiamur Chriſto patiẽti: quãto magis in ſacrata virgine? ¶ Reſponſio. Falſum eſt quod primo aſſumitur. nam Mattheus ait. Beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã: quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorũ. Et Iacobus in epiſtola ſua dicit. Beatus vir qui ſuffert tentationẽ: quoniã cũ probatꝰ fuerit / accipiet coronã vitę quã repromiſit deus diligẽtibus ſe. Beatus etiã Petrꝰ ait. Sed & ſiquid patimini propter iuſtitiã: beati. Neq; minꝰ quod ſecũdo aſſumit loco: falſum eſt. Nã dicit apoſtolus. hęredes quidẽ dei: cohęredes autẽ Chriſti / ſi tamẽ cõpatimur vt et glorificemur. Rurſum idẽ alio loco. ſiquid patitur vnum membrũ: cõpatiuntur omnia membra. Et ꝗplurimis alijs ſcripturæ authoritatibus commendatur paſſio aduerſitatum ſine murmuratione: & compaſſio de malo ac incommodo proximi / quæ ex puro charitatis fonte proficiſcitur.

Matth. 5. Iaco. 1. 1. Pe. 3. Rhoma. 8. 1. Corin. 12

¶ Cęterũ ſi contendũt aduerſarij prius aſſumptũ dictum ſuum / ſcilicet ꝙ deus non vult ꝙ cõpatiamur eius paſſioni aut de ea contriſtemur / confirmare per illud verbum Chriſti ad mulieres eum plangentes. Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos & filios veſtros flete. et his verbis aſtruant beatæ virgini etiam prohibitũ eſſe in paſſione filij ſui fletũ: non recte quidẽ id faciunt. Nam vt illũ Lucę locũ exponẽs Nicolaus Lyrenſis ait: nõ prohibet illis verbis Chriſtus cõpaſſionẽ / queadmodũ putãt nõnulli. ſed prędicit aliã luctus cauſam / in obſidione Hieruſalẽ futura per Titum & Veſpaſianũ. Et ſicut dicit eodẽ loco Theophilus: mandat deplorantibus eum / in futura mala proſpectum intendere / & ſuper illis flere. Quaſi dicat. Nõ tam ſuper me flete ꝗ ſuper vos. quia ratione malorum vobis imminentiũ habetis longe ampliorẽ flendi materiã & occaſionẽ / ꝗ ſuꝑ meis tormẽ

Obiectiõis ſolutio. Lucę. 23. Theophilꝰ

tis:quæ deuicta morte cito finientur. Et hæc intelligẽtia:ex ipſo litteræ tenore ſtatim elucceſcit/aſſignandaqꝫ cõſpicitur. ¶Cum autẽ hoc loco in ſuę poſitionis corroborationẽ adducũt/ꝙ ſancti martyres abſqꝫ vllo dolore corporis illata ꝑtulerũt tormẽta/ neqꝫ illa ſenſerũt:quinimo gaudẽtes gaudio magno eadẽ ſuſtinuerũt. quare cõſimili ratione cõtendũt & beatã virginẽ in paſſione filij ſui nequaꝗ doluiſſe. Si eni (iquiũt) doloris ſenſum nõ itulerũt illis ꝓpria ſupplicia:cur igiť dolorẽ cordis itulerit virgini aliena? Sane id falſũ eſt ꝙ ſancti martyres ſine dolorifico ſenſu ꝑtulerũt inflicta tormẽta/& ꝙ illa nõ ſenſerint. Nã ſi id ita ſe haberet:nulla ipſis fuiſſet difficultas i tolerãdo martyrio/quare & õnis tolleretur ratio boni operis ab eis. Tũc eni fuiſſent inſenſibiles martyres:& ita i tormẽtis affecti vt lapis cũ frãgitur/ aut lignũ cũ ſecať/aut cętera inanimata cũ a ſua itegritate diuellũtur. Atqui in his nulla eſt ratio boni operis:ꝙ patiãtur diuulſionẽ. igitur neqꝫ in ipſis martyribus eſſet cauſa cõmendatiõis aut laudis:ſi tormẽta nõ ſentirẽt/ & ſine dolore illa ꝑferrẽt. Ecce quo modo aduerſarij volẽtes martyres extollere:omnẽ eis auferunt materiã laudis & pręconij. Quocirca ſentiendũ potius eſt/ grauiter ipſos in deſudatione martyrij doluiſſe ob lęſionẽ corporis dolorificã:& tormẽta illata ꝑſenſiſſe/more aliorũ. ſed ob huiuſmodi dolorẽ leſioniſqꝫ ꝑceptionẽ/ ipſos nõ declinaſſe a cõfeſſiõe veritatis:quinimo coſtauter ꝑſtitiſſe i iuſtitia & rectitudine. Affuit eni eis in anima & itimo cordis habitaculo/gratia diuina cõfortans:& dãs ipſis robur patiẽter tolerãdi omnẽ cruciatũ & inflictionẽ exteriorũ dolorũ. hãc ob rem egregia ſunt laude digniſſimi. Et ꝗuis dei gratia adiutrix ꝑfuderit eorũ animos intimo gaudio:queãdmodũ de apoſtolis ſcribit Lucas in actis/ꝙ ibant gaudẽtes a cõſpectu cõcilij: quoniã digni habiti ſunt pro nomine I H E S V contumeliã pati. tamẽ huiuſmodi gaudium ſpiritus ſancti/ nõ õnino ſuſtulit ab eis ſenſibilẽ irrogatorũ tormentorũ ꝑceptionẽ:ſed eorũ dolorẽ mitigauit & tolerabiliorem reddidit/virtutẽqꝫ adauxit illa cõſtãter ſuſtinẽdi. Haud aliter ſacroſancta dei mater grauiſſimũ ꝑtulit in animo cõpaſſionis dolorẽ:ſed nõ defuit illi ſpiritus ſancti gratia/pręſtans in tribulatione gaudium / in aduerſitate patientiam & tolerandi conſtantiam.

(Margin notes: Qꝫ martyres i illatis tormẽtis ſẽſerũt dolorem. — Actu. 5.)

¶Qꝫ carẽtia culpę in beata virgine & fortitudo animi:nõ arguunt eam dolore in paſſione filij caruiſſe. Cap. XIII.

9 NOna aduerſariorũ ratio. Vbi culpa locum nõ habet: neqꝫ pœna reperiri debet. quandoquidẽ culpa eſt cauſa pœnę. At in ſacroſancta virgine nullus culpæ fuit locus : neqꝫ originali neqꝫ actuali. Vacauit igitur & pœna. quare & aſſlictione animi ob mortẽ filij: quæ

moleſta eſt & grauis patienti. ¶Reſponſio. Admiſſis ambabus
propoſitionibus aſſumptis: tribuendū inſuper eſt & conceden-
dum/beatam virginem Mariam caruiſſe pœna inflicta ex cul-
pa/& in ipſius propriæ ſuæ culpæ punitionem. Ex hoc tamē nō
conficitur: ipſam caruiſſe dolore animi interno. nam is dolor nō
pœna eſt peccati: ſed humanæ naturæ conditio recta/ materno
affectui annexa/excitata a recta ratione & gratia dei coadiutri-
ce: vt ſupradictū eſt. Proinde ꝙ doluerit glorioſa virgo/ nō ex
imperfectione ſuæ naturæ prouenit: ſed potius perfectione. cum
longe perfectior ſit natura hominis habens compaſſionē & con-
dolentiam ob alterius malum: q̄ carens eo affectu/aut quæ duri
ſilicis inſtar non mouetur interno dolore. Neq; etiam dolor iſte
virgineus proceſſit ex imperfectione paſſionis Chriſti: ad cuius
completionem fuerit et mater particeps dolorum. quoniam ipa
Chriſti paſſio: completiſſima fuit & abſolutiſſima ad aſſequendū
finem propoſitum/ſcilicet humani generis redemptionē. Quin
potius quanto acerbior fuit Chriſti paſſio: tāto vberior data eſt
materia dolori materno. qui voluntarie ab ea aſſumptus eſt in
partem noſtræ redemptionis: & nequaq̄ illi in pœnam iflictus/
aut abſterſionē contractæ prius culpæ. ¶Decima aduerſariorū 10
ratio. Beata virgo Maria fuit fortis quæ nunq̄ cecidit/neq; ſuc-
cubuit alicui malo: ſed omnia charitate ſuperauit. Nefas au-
tem eſt credere: hanc mulierem fortem fuiſſe imbecillem/& in-
ualidā animo. quod vtiq; fieret: ſi dolore afflictata in paſſione fi
lij ſui diceretur. ¶Reſponſio. Id haud dubie recipiendū eſt/Ma
Gene. 3. riam fuiſſe mulierē fortē: vt quę ſerpentis antiqui caput cōtriuit
& nulla ex parte peccatū (quæ pręcipua animi eſt imbecillitas
ac infirmitas) incurrit. Verū inficias eundū eſt: ipſam idcirco
nequaq̄ in paſſione filij ſui dolore diſcruciatam eſſe. quādoqui-
dem hic dolor non ex imbecillitate animi ſuccūbentis pertur-
bationi progreſſus eſt/vt ſolent ij qui deiecto & fracto ſunt ani-
mo: ex aduerſitate ſiniſtraue fortuna cōſternari/triſtitiaq; affici/
ſed ex pio & materno affectu/cōmiſerationeq; ob malū alterius.
Idem quoq; dolor rectæ rationis legibus determinatus: nō ex-
orbitauit extra metas honeſti. & idcirco ex inſigni fortitudine
animi ſimul & pietate materna profectus eſt: & ſummopere cō-
mendandus. ¶Quocirca nō ſunt audiēdi aduerſarij noſtri ad-
iungentes impietatē impietati: cum dicunt ꝙ Chriſtum fleuiſſe
ſępius legimus: Mariam vero nuſq̄. Q3 ſi fleuerit (inquiunt) ma
xime id feciſſet iuxta crucem. quod quidem falſum putant: nam
ibi (aiunt) exultauit in deo ſalutari ſuo. Nempe hiſce verbis/eo
ꝙ non legimus in ſcripturis expreſſe beatam virginem fleuiſſe:
tacite colligūt & occulte/ipſam nunq̄ fleuiſſe. quod vtiq; falſum
eſt. Eniuero cum in ea fuerit gratiæ plenitudo/ & cor carneum

Q3 beata virgo gratiā lachrymarum habuit.

atq; molle pías facile effundens lachrymas: vna ſit gratiarum dei non aſpernanda neq; paruifacienda/ quomodo putabimus illam ſingularē gratiam tantę virgini defuiſſe? Si beatus Paulus in multis lachrymis & largiter flens pro alijs orauit: & indoluit alienā miſeriam. ſi fuerunt ſancto prophetæ: lachrymę panes die ac nocte/poculūq; cum fletu mixtum. ſi vt quiſq; optimo eſt animo/ita ad vberem lachrymarū profuſionē maxime eſt propenſus: beatam virginem dei matrem arbitrabimur expertē tā preclari fuiſſe muneris? Nam cū per triduū duodēnem filium perdiderat: non ſine copioſis lachrymis & ſuſpirijs eum quęſiuit. Quot putas in ſecretis orationibus ſuis: ſancti ſpiritus ſuauitate inebriata/dulciter effudit fletus? An credis eādē in filij ſui paſſiōe (vbi maior erat obiecta doloris materia) a lachrymis temperaſſe? Nō certe id ſineret materna pietas: & plus animi in filium affectus. ¶ Neq; item recipiendum/ quod ſubnectūt ij cōtra quos certamē agimus aduerſarij: beatā ſcilicet virginem hic in paupertate nequaq̄ vitam egiſſe/ſed cœleſti alimonia ſemper paſtam: terreno cibo labore ſuo parto neutiq̄ indiguiſſe. Cur enim enixa filium ſuum primogenitum / pannis eū inuoluit & repoſuit in pręſepio: ſi tunc pauperem vitam nō duxerit? Cur item quadrageſimo poſt natalem filij ſui die ipſum offerens in templo: pauperum hoſtiam obtulit/ par turturū aut duos pullos columbarum: ſi tunc paupertatem non coluit? Cur denicq; Iudęi eam per ludibrium vocabant queſtuariam/ꝙ quotidiano labore victum ſibi neceſſarium quæritaret: ſi pauperis vitæ conditionem non eſt amplexata? Sane venerandus pater Bonauentura in vita beati Franciſci (quam deuote & copioſe cōſcripſit) de paupertate eius loquens ait. Chriſti IHESV paupertatem & matris eius/frequēter cum lachrymis reuocabat ad mentem. inde hanc virtutem omniū aſſerens eſſe reginā: quia in rege regum & in regina matre ipſius tam pręſtanter effulſit. Et plane id nemini dubium eſſe debet: ꝙ beata mater quæ in omnibus Chriſto cōformis & perſimilis eſſe ſtuduit: lachrymādo/ipſum flentem imitata eſt. & in paupertate vitam tranſigendo: eundem conſectata eſt pauperē. Rurſum ꝙ beata virgo ſpirituali alimento veſcebatur: nullus id ſanę mētis negauerit. Nā in lege dei meditabatur die ac nocte: & cōſeruabat ōnia verba hæc cōferens in corde ſuo/ tanq̄ ſpirituale nutrimentum ſcilicet verbum dei aſſidue concoquens ac digerens. Non tamen id ita accipiendum: ꝙ corporali non indigeret aut ſuſtentaretur alimonia. nam & ſecundum corpus/ ſenſibili etiam nutriebatur cibo: non ſemper e cœlo (etſi id plerūq; ei diuino munere conceſſum fuerit) ſuſcepto/ ſed ſępius corporali labore manuū ſuarum comparato. vt et ipſa particeps fieret atq; conſors illius benedi-

Philip. 3.
Pſal. 41.
Pſal. 101.
Lucę. 2
Qꝫ beata virgo ī paupertate hic vitā egerit.
Lucæ. 2.
Bonauentura.
Franciſcus
Lucę. 2.

Pſal.127. ctionis in pſalmo expreſſę: labores manuũ tuarũ quia manducabis/beatus es & bene tibi erit. Siquidẽ dñs noſter etiã cibum corporalẽ ſumpſit: non vtiq; a cœlo/ſed ab alijs vt pijs mulieribus ſubminiſtratũ. Neq; illud derogat dignitati virginali: ꝙ illachrymata fuerit/ ꝙ in pauperie duriter vitam egerit/ ꝙ manibus laborando corporalẽ cibum ſibi cõparauerit. ſed eius magnificentiã & gloriam adauget: ꝙ tanta & talis dei mater/iſirma vitæ noſtræ & quæ mũdo abiecta videtur atq; indigna/libẽter amplexata fuerit: vt verę humilitatis/paupertatis/& contẽptus mundi/nobis relinqueret exemplũ. quẽadmodũ illa eadẽ: dominũ noſtrum mirifice extollendũ & amplius pręd icãdum/ admirandumq; inſinuant.

¶ Ardentiſſimã beatę virginis charitatẽ: nõ impediuiſſe illius dolorẽ in paſſione filij ſui. Cap. XIIII.

VNdecima aduerſariorũ ratio. Omnia quæ in charitate fiunt: abſq; dolore/labore & moleſtia peraguntur/ quandoquidẽ grauia omnia (vt ait Auguſtinus) leuia & facilia factu reddit charitas. 11

Auguſtin9

Atqui beata virgo ex charitate ſtetit iuxta crucẽ. omnia enĩ opera eius: in charitate fiebãt. Igitur id ipſi minime moleſtũ fuit & doloroſum. ¶ Reſponſio. Quod in prima fronte rationis hui9 adducitur: nõ eſt õniquaq; verũ. Nã ſeipm dñs noſter in cruce ex ſumma charitate nobis obtulit. maiorẽ hac (iquit) dilectionẽ nemo habet: q̃ vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. & tamen huiuſmodi paſſio & oblatio eidẽ dolorifica fuit & grauiſſima: vt prę animæ anguſtia/ ſanguinẽ affluenter ſudauerit ex horrore iminentis mortis. Beatus item Paulus & alij martyres/ex charitate pertulerũt illata ſupplicia & mortẽ: non tamẽ abſq; dolore atq; moleſtia. quis illũ dolorẽ ardore diuini amoris ſuperarit/ ac ęquo tulerint animo: & ob illũ fugiendũ non diſceſſerint a rectitudine. Deniq; ieiuniũ aſſuetis viuere voluptuoſe & ſplendide epulari/graue eſt atq; difficile: & tamen ex charitate ꝑficiſcitur in ijs qui illud rite peragunt in ſatiſfactionẽ pro peccatis ſuis/atq; a deſyderijs carnalibus reſipiſcunt. Quare nõ eſt etiã incõmodũ: & beatã virginẽ doluiſſe grauiter/& ex charitate doluiſſe/quoniã huiuſmodi dolor ex radice charitatis enaſcebat.

Ioan.15.

Lucę.23.

Qr interdũ bona opera fiunt cũ dolore.

¶ Cæterũ quoniã vnus error aliũ cõſequio quodã trahit: colligũt ex ſupradictis rationibus ſuis aduerſarij ꝙ beata virgo nõ ſoluerit mortis debitũ: quoniã (inquiũt) morti nõ debuit quicq̃. quod vt orationis habet cõtextus: nõ õnino neq; ſimpliciter verũ eſt. Nempe ſi itelligũt eã nõ ſoluiſſe debitũ mortis: vt eſt pœna irrogata pro peccato originali/& ex obligatione primorũ parẽ

tum:id ingenue fatemur, quia nō fuit ſubiecta maledicto ob pec catū primęuæ originis:cū illius ōnino fuerit expers. Si vero intelligant eā nō ſoluiſſe debitū mortis:vt eſt conditio naturę humanæ compoſitæ ex ſenſibilibus cōtrarijs / in ſe inuicē cōtinuā habentibus actionē/ & enutritę cibis inducentibus alterationē corpori:id abnegandū eſt, quia ipſa plane mortē ſubijt temporalem:per diſſolutionē animæ a ſacro corpore. quod manifeſte catholica cōfitetur eccleſia:ſanctā eius obdormitionē & aſſumptionē in cœlū quotānis ſolēniter celebrans. Verū quā ob cauſā mortua fuerit beata virgo:ex ſuperioris opuſculi libro ſecūdo in diſſolutione quartæ obiectionis amplius eſt perſpicuum.

12 ¶Duodecima & vltima aduerſariorū ratio. Voluit Chriſtus pati/voluit blaſphemari: noluit autē matrē ſuā glorioſam aut pati/aut blaſphemijs laceſſi. Q̄ꝫ ſi noluit Chriſtus: ipſa neq̄ȝ dolorē paſſa eſt/ neq̄ȝ animi cruciatum. ¶Reſponſio. Admiſſo eo quod primū proponitur:& id quoq̄ȝ quod ſecūdo aſſumitur loco verū eſt/ꝙ ſcilicet Chriſtus noluit matrē ſuā dilectā pati ab extrinſeco inferēte paſſionē dolorificā corpori eius:vt verbera/ vincula/ flagella/aut huiuſmodi. Voluit tamen eā intrinſecus & in corde pati per cōpaſſionē:vt poſtmodū cōregnaret cū eo/& cōſolationē reciperet/tribulationiſq̄ȝ leuiter ferēdę atq̄ȝ patiētiæ nobis relinqueret exemplū:vt poſt eam nō recuſaremus triſtiū rerum perpeſſionē. ¶Cęterū audiatur obſecro beatus Bernardus i ſermone de euangelio/ſtabat iuxta crucē IHESV mater eius:atq̄ȝ in ſuis meditationibus interrogās/cur iuxta crucē dñi IHESV ſtaret mœſtiſſima virgo/ hoc pacto. O mundi domina quid hic ſtas/ quid hic agis/ quam ob cauſam huc venire voluiſti? in montē ſcilicet Caluarię/locū peſſimorū & horrendorū cadauerū? Cur te nō retinet verecūdia virginalis: vt in gentiū multitudine peccatricū/& furore inſanientiū cōtra deum/ ac Chriſti ſanguinē innoxiū effundētiū/te exhiberes in publicū? quæ ſemper in cella ſolitaria vacabas deo. Quis vnq̄ qui te agnouiſſet reginam mundi/angelorum & hominū:præſumere auſus fuiſſet ꝙ ſtare deberes iuxta patibulum? Quid eſt ergo obſecro:ꝙ ſtas iuxta crucem IHESV? O fœliciſſima dei mater/ queſo te obliuiſcere pauliſper mœroris:quem habuiſti in illa hora paſſionis/ & nūc reſponde ad hæc queſita nobis. Deinde eodem loco reſpondet Bernardus ſupradictæ queſtioni. Quid mirū (inquit) ꝙ aſtabas cruci Chriſti/ o MARIA? Quis enim ſi non acceſſiſſes/prædicaſſet tibi: quomodo tuus & dei filius in cruce ſteterit nudo corpore / pallida facie / reſperſus cruore / dilacerata tota carne? Quid inter hæc facere debuerat mater: niſi vt aſtaret iuxta crucem filij ſui/ & aſpiceret regem gloriæ / expectando finem mortis? & diceret tacita in corde ſuo. Stabo

Bernardus

filij interitum: quis eum ipſa præſens non videat. Q? ſi coram intueatur filij ſui cruciatus/ ſi illum vltima trahentem ſuſpiria ſpectet: multo ſane vehementius indolebit/ creſcetq; exaggeratus dolor ex rei præſentia. Et eo quidem grauior erit ille dolor: quo acerbiora præter meritum viderit illum pati ſupplicia. Minus enim moleſtū eſt: quod ex merito. moleſtius autem: quod citra meritum cuiq̄ infertur aut inferri cernitur. Stabat autem (vt habet euangelicus ſermo) iuxta crucē IHESV mater eius: & coram aſpiciebat grauiſſima quibus afficiebatur tormenta. Videbat filij ſui caput ſacrum ſpinis ſauciū: & certe iiſdem ſpinis habebat mœſtiſſima mater cor vulneratum. Videbat totum filij corpus flagellis laceratum: quod ex ſpiritu ſancto formatū in virgineo eius vtero nouem menſes requieuerat. & tot vulneribus ſauciatam habuit animam triſtiſſima mater: quot ipſa in filio cernebat vulnera. Videbat inſuper filij ſui manus & pedes duriſſimis clauis cōfoſſos: & iiſdē clauis ipſa cruci cōfixa erat. Quicquid enim filium pati mater conſpexit/ idem et ipſa patiebatur. quoniam per vim amoris ipſa erat in filio: & cum eo vnū habebat ſpiritum. Deniq; videbat precioſum filij ſanguinē inſtar ſcaturientis riuuli in terram defluentem. et quia ſtabat iuxta crucem IHESV: purpureo eius ſanguine forſan aſperſa et perfuſa erat. An hæc fratres chariſſimi ſiccis oculis ſpectare potuit pientiſſima mater? huius ne rei ſpectaculum: ei grauiſſimū intulit dolorē? cum præſertim eū conſpexit indigna pati tormēta: cuius peccatum quæſitum quidem eſt ſed non inuentum/ quoniam peccatum non fecit nec inuētus eſt dolus in ore ei9. Eſa. 53.
qui plurimis beneficijs Iudæos cumulauerat: a quib9 per ſummam ingratitudinē hæc ꝑpeſſus eſt ſupplicia. Nullus id addubitet: gladium doloris pertranſiſſe animam triſtiſſimæ matris/ cum iuxta filij ſui crucem ſtaret. Fuitq; gladius iſte longe acerbior: q̄ quæcunq; martyribus illata ſunt excruciamenta. Ea enī illorum corpori tantum inferebantur: animum non penetrabant. Mater autem Chriſti/ etſi corporis moleſtias non pertulit: animum tamen filio conuulneratum habuit/ & totum dolore confectum. Sed effice pientiſſima mater: vt hunc tuum dolorē in nobis quoq; ſentiamus. Volumus ſerui tui/ tanti doloris fieri participes: tibiq; vt filij matri/ compati. Impartire nobis igitur hunc dolorem: vulnera cor noſtrum eodem gladio qui tuam pertranſiuit animam/ vt tibi conformemur et prorſus aſſimilemur. Non enim nos lędent illa vulnera: ſed ſanabunt. non deprimet animum dolor ille: ſed magna perfundet lætitia. Mira ſane rerum conditio: q; a te nobis illata vulnera noſtrum ſanabunt animum. & dolor abs te communicatus nobis: mœſta exhilarabit pectora/ ſi tecum conuulnerari et condolere poſſumus. Verum ſtabas optima mater iuxta crucem filij tui non ſo

lum corpore: ſed & mentis conſtantia/neq; vllum immodeſtiæ
ſignum vultu prodebas. Etſi enim dolor ille tuus maximus fue
rit: non tamen adegit te importuna voce eiulare more bachan-
tium/non ora vnguibus ſecare/aut laniare capillos. Hæc enim
a grauitate maturitateq; morum quæ in te fuit conſtantiſſima:
longe fuerunt aliena. nam fuiſſent impatientiæ et mentis non
ſatis ſanę conſtantiſq;: argumenta/ſigna & indicia. Dolor pla-
ne tuus animo contectus/ externis non innotuit geſtibus aut
motu/niſi pallētis vultus triſtitia et vberrimis lachrymis: quas
filio patienti impendiſti/te totam tamen diuinæ volūtati ſub-
mittens. Voluit quidem deus filium & ſuum & tuum pati. Idē
& ipſa voluiſti: eamq; hoſtiam pro generis humani redēptio-
ne immolari ſponte paſſa es. Immo vero id tibi voluptati fuit/
te eum ędidiſſe fructum: cuius precioſo ſanguine mundus redi-
mendus eſſet/gaudebaſq; per filium tuum fieri hominum cum
deo reconciliationem. ¶ Porro huius doloroſæ ſtationis ma-
ternæ iuxta crucem filij ſui figuram legimus in veteri teſtamē
2.Reg. 21. to pręceſſiſſe multo ante tempore: quæ in ſacra Regum hiſtoria
narratur de duobus filijs Saul/traditis a Dauid Gabaonitis in
expiationem peccati Saul: qui iniuſte illos oppreſſerat / & at-
triuerat. Acceptos autem illos Gabaonitę crucifixerunt in mō
te coram domino. Reſpha vero vxor Saul & illorū mater/tollēs
cilicium: ſubſtrauit ſibi ſupra petram/iuxta corpora filiorū ſuo-
rum ſuſpenſorum in cruce. et cuſtodiuit ea ab initio meſſis: do-
nec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo. & nō dimiſit aues lacerare
eos per diem: neq; beſtias per noctem. Sane duo iſti filij crucifi
xi in monte coram domino/in expurgationem iniquæ cedis il
latæ a Saul Gabaonitis: Chriſtum deſignabant ad totius mun-
di abluenda peccata in loco Caluarię corā deo crucifixū. Siqui
dē propiciatus eſt dominus terræ Iudæorū poſt ſupradictorum
affixionē ad crucē: et larga pluuię effuſione ſterilitatem depulit
atq; famē/quę iam tribus annis iugiter inualuerat. Haud aliter
toti mundo recōciliatus eſt deus pater per oblationē filij ſui in
cruce factā/auertitq; indignationē ſuā ab homine: cui iā diuti9
et ab ipſo fere mundi exordio infenſus/& merito fuerat. At ve-
ro per hanc Chriſti in cruce ſuffixionem: fluenta aquarū gratię
deſcēderūt de cœlo/et ſalutaria ſacramētorū flumina inundaue
rūt ſuper terrā. ablataq; eſt priſtina bonorū operū ſterilitas/ &
inducta pinguis animorū fœcunditas/ ad afferēdos fructus iu-
ſtitię gratos deo. Cęterū Reſpha materna pietate iſignis/& ma
gna ſedulitate corpora filiorū ſuorū in crucē actorum ſeruans/
ne dilaniarentur ab auibus aut beſtijs: ſacratiſſimam pręſigni-
ficauit dei matrem/tanto in filium ſuum pietatis affectu ſpecta
bilem/vt neq; ob crucis ignominiam ac probrum/ neq; furen-

tium Iudæorum inſultationē/fremitum ac tumultū potuerit a ſtatione iuxta crucem auelli. Sicut eni in vita filij ſui dilexerat eum: ita & in morte non eſt ab eo ſeparata. Cunq; ſecundū Sapientis ſententiā/frater in anguſtijs cōprobetur: hæc mater ſingularis ſe vero in filiū amore affectā prodidit/ quando ne i extrema quidē neceſſitate cōſtitutū deſeruit aut dereliquit. Deniq; vbi Dauid regi nunciata ſunt maternæ pietatis officia/ quę Respha in filiorū ſuorū corporibus aſſeruandis pręſtitit: approbauit ſane tātā materni amoris ſedulitatem/ et demū ablata ipſorum oſſa: cū oſſibus Saul et Ionathæ decenter tumulanda/ terraq; honorifice condenda curauit. Verū quid aliud id nobis iſinuat/ q̄ domini noſtri corpus emortuū: a iuſtis & timoratis viris de cruce depoſitū/ atq; cum debita veneratione/ cura ac ſtudio/ ſepulchro impoſitum/ quemadmodū Eſaias futurum prænunciauerat dicens. Et erit ſepulchrū eius glorioſum. Sed nūc ad litteræ euangelicę explanationē vnde digreſſi ſum9/ rurſū cōuertamur. Stabat itaq; iuxta crucē IHESV mater ei9. Cui9 ei9/ qui a patre ante ſęcula genitus: mundū et quę in eo ſunt de nichilo fecit. Cuius eius/ qui vt homines ſaluos faceret: aſſumpſit in virginis vtero humanam carnē/ & noſtrę mortalitatis indutus trabea: in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus. Cuius eius/ qui ſecūdum diuinitatem patri per omnia ęqualis: ſecundum humanitatem in carne paſſus/ in cruce pendebat.

Prouer. 17

2. Reg. 21.

Ioan. 19.

Eſa. 11.

Baruch. 3.

¶Cęterum non ſola domini mater iuxta crucem ſtabat: ſed vt hic refert euangeliſta/ etiā ſoror matris eius Maria Cleophę & Maria Magdalenę. Maria hęc ſoror matris domini/ cuius hic meminit euangeliſta: filia fuit Cleophę & ſanctę Annę matris ſacroſanctę virginis. proinde ipſam hoc loco/ a patre denominat Mariam Cleophę. hęc autē Alpheo viro nupta: ſuſcepit ex ea filios Iacobum minorē et Ioſeph. propterea a viro: eadem Maria Alphei interdum nūcupatur. & a filijs ſuis: Iacobi minoris et Ioſeph mater nonnūq̄ appellatur. vt apud Matthęum & Marcum eſt inuenire. Neq; alia & alia videri debet: q̄ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater/ et hic Maria Cleophę. Nā ſcripturę conſuetudo eſt(vt ait Hieronymus) eundem hominem diuerſis nominibus appellare: potiſſimū vbi varia eſt nūcupandi ratio. Maria autem Magdalenę ſoror Marthę et Lazari/ quę in cęna pedes domini perfuderat vnguento & exterſerat capillis: etiam aſtitit iuxta crucem. hoc ſigno verum indicans amorē et pręcipuum in dominū: a quo in tāto rerū turbine/ atroci pſecutiōe/ et ignominioſa morte diuelli nō ſuſtinuit/ diſſeparari noluit. Itaq; iuxta crucem domini ſtabant nonnullæ; ſanguinis ei propīquitate cōiunctę/ ſimul & amoris vincu

Matth. 27.
Marci. 15.
Hieronymus.
Ioan. 12.

Io. Aliæ vero nulla neceſſitudine generis / ſed ſyncæro amore (quo nullum eſt ſtrictius aut arctius vinculum) domino noſtro deuinctę. vt Maria Magdalenæ & aliæ mulieres / quæ a Galilæa eum ſecutę fuerant miniſtrantes ei: quemadmodum meminerunt alij euangeliſtę. Neq; enim hæ duæ ſolæ cū matre IHESV iuxta crucem eius aſtitiſſe credendæ ſunt: ſed & aliæ inſuper / tum cōſanguinitate tum charitatis officio / domino noſtro aſtrictæ. Enimuero refert Matthæus et matrem filiorum Zebedæi etiam affuiſſe: & alij alias communi nuncupatione aſtitiſſe inſinuant. Vnde magna cognoſcitur ſanctarum mulierum conſtantia / & feruor amoris: quo inter atrociſſimos hoſtes & ſæuiētes Iudęos non dubitauerunt domino crucifixo officioſe adeſſe. Et plane imbecillior ſexus tunc fortior apparuit: cum diſcipuli omnes metu trepidi diffugiſſent / et Petrus trina abnegatione ſcandaliſatus eſt. Tunc viri quibus robuſtior & valentior eſſe deberet animus / formidine capti non auſi ſunt coram aſſiſtere: cum mulieres id præſtarent. Attamen ex diſcipulis et vnus affuit Ioannes cæteris audentior / & ſicut a domino familiarius diligebatur: ita & eum impenſius diligebat / atq; ſua præſentia amoris officium ipſi exhibebat. ¶ Sed dices / alios euangeliſtas de ſanctis iſtis mulieribus quæ domino noſtro crucifixo affuerunt / referre: q̄ a longe ſtabant. quomodo igitur illis id cohæret: quod hic dicitur / eas iuxta crucem ſtetiſſe / cum tunc / non procul abfuiſſent. Verum aliorum euangeliſtarum narratio / et ea quæ hic texitur: ad diuerſa tempora referenda eſt. nā cum adhuc in cruce viueret Chriſtus: prope crucem ſtabant ſanctæ mulieres / quo facilius auribus perciperent ſiquid de cruce dominus noſter loqueretur: aut videret perſpectius ſiquid ageret / & idipſum hic refert Ioannes. Poſtq̄ vero emiſit ſpiritum Chriſtus: eædem retroceſſerunt aliquantulum / vt cederent turbæ comprimenti / & centurioni cum militibus ad cuſtodiā deputato. & factæ ſunt a cruce aliquanto q̄ prius fuerant diſtantiores: ne opprimerentur a turba militari. Et hoc quidem cæteri narrant euangeliſtæ: tempus attendentes quod domini mortem conſecutum eſt. In cuius rei argumentum: reliqui tres referunt ſanctas mulieres a longe ſtetiſſe / poſtq̄ expirationē domini noſtri in cruce deſcripſerunt. vt inde intelligas: ipſos pro illo tātū tēpore locutos fuiſſe. ¶ Sed quid deīde dicat euāgeliſta: attentius audiamus. Cum ergo vidiſſet IHESVS matrem: et diſcipulum ſtantem quem diligebat. Mirabilis ille aſpectus fratres chariſſimi: quo IHESVS ex cruce conſpexit matrem. aſpectus inquā: plenus amoris pariter et doloris. Amoris quidem: quo matrem proſequebatur. quam cum honorari docuerit et præceperit: non voluit moriturus eam obliuioni tradere.

Marci. 15. Matth. 27. Lucæ. 23. Matth. 26. Luc. 23 Matth. 27. Marci. 15.

doloris vere. nam cognouit in cruce pendens filius grauiſſimū
illum dolorem: quem mater præſens propter filium habuit. Co
gnouit inquam: & ob illum non minus affligebatur q̄ ob pro-
pria vulnera. Fuitq; ibi mutua dolendi viciſſitudo: atq; recipro
ca alternatio compaſſionis. mater enim condolebat filio patiē-
ti: filius vero condolebat matri dolenti. Cruciabat in patibulo
pendētē filiū corona ſpinea: ad cerebrū vſq; penetrās. at nō mi-
nus premebat eum matris dolor: animā eius pertranſiēs. Gra
uiter ſane affligebāt filiū claui: quibus & manus et pedes confi
xi fuerunt. ſed nō minus grauiter āgebat eū mœſtiſſima mater:
quā videbat ob ſuā paſſionē acerbiſſimo cōfici dolore. Certe in
eo aſpectu/ nō modo matris ſed et filij animā: doloris gladius
traiecit. cor eius: lācea nō ferri ſed mœroris perfodit. ¶ Sed cur
O bone IHESV voluiſti matrē quā tātopere dilexiſti: eſſe prę-
ſentē huic tā triſti ſpectaculo? cū noſſes ex ipſa præſentia illā ſu
pra modū affligendā: & tuo dolori grauiorē inſuper acceſſurū
dolorē. Satius ne fuiſſet eam abfuiſſe eo tēpore: quo dira patie-
bare tormēta? quo et minus doluiſſet: & leuiorē tibi intuliſſet do
lorem. Debuiſti (vt ipſa videtur expoſcere filij in parentē pie-
tas) id muneris impartiri matri: vt abſentia eius & ſuū leuaſſet
dolorem/ et tuum. Verum id diuina diſpenſatione fieri voluiſti:
vt et matris tuæ ſpectata eſſet in aduerſitatibus virtus/ explora
ta fides/ et poſteritati nota animi eius conſtantia: qua ne in ex-
tremis quidē calamitatibus filiū ſuum vnicum deſeruit. Si enī
tū abfuiſſet: credi potuiſſet aut cum diſcipulis diffugiſſe metu
exterrita/ aut vacillanti in fide animo fuiſſe/ aut filium ſuum
nō ſyncęriter amaſſe. quandoquidē verus amor potiſſimum in
aduerſitate innoteſcit. Atqui cum eam præſentem filio in cruce
pēdenti euāgeliſta deſcribit/ & ſtantē iuxta crucem eius: cogno
ſcunt ex his verbis omnes eam non trepida fuga dereliquiſſe fi
liū/ ſed perſtitiſſe & corpore et mente in vera & ſolida fide: q̄ is
qui patiebatur/ & deus et homo eſſet. Et eo officio ſe vere matrē
eius prodidit: a quo nec ipſa paſſionis hora voluit abeſſe. Non
eā retinuit muliebris virgineuſq; pudor: quo potius clauſa ma
nere in cubiculo q̄ inter turbam verſari ſolita erat. Non eam
quoq; deterruit Iudæorum furor & inſania: non comprimentiū
turba/ non doloris acerbitas. Nam hæc omnia ſuperauit exi-
miæ dilectionis ardor: quo filium diligebat. Non patiebatur
amor ille ipſam tum abſentem eſſe/ cum penderet filius in cru-
ce: q̄uis ex pręſētia huiuſmodi/ exaggeratus fuerit materni cor
dis dolor/ eiuſq; cumulus accreuerit. quo doceamur potiſſimū
rebus in aduerſis opitulari amicis: & pro viribus adeſſe. Ex ea
præterea re/ documentum nobis præbuit benigniſſimus redem
ptor noſter; noſipſos per multas tribulationes & aduerſitates Actu.14.

Luce.24. ad cœleſtia regna peruenire debere. Oportuit enim Chriſtum (qui peccati fuit immunis)pati:& ſic intrare in regnum ſuum. Neqꝫ ab hac lege voluit ipſe dilectam matrem ſuam eximi:ſed & ipſam per tribulationum anfractus/ſalebras et viam(quam ipſe calcauerat) incedere ſuſtinuit. Si chariſſimam genitricem ſuam noluit deus hoc in mundo eſſe doloris & aduerſitatum expertem:quid nobis ſperandum eſt fratres? id ne/ ꝙ ridendo & delicijs huius mundi indulgendo: perueniemus ad regnum cœlorū? Mater vnica ab ōni peccati labe aliena:cruciat̄ ſūmo dolore. ſtat iuxta crucem filij/ quem pendentem & morientem conſpicit:pertranſitqꝫ animam eius gladius doloris. An igitur ſeruus peccatis ſordidus/ducens in bonis dies ſuos/et volupta tibus carnis laxans habenas: perueniet ad cœli regnum? Nullus id ſibi perſuadeat. Si voluptates & deliciæ huius mundi/fuiſſet recta via in paradiſum: per eam et dei filius & ſacroſancta eius mater ambulaſſent/ſicut et per omnium virtutum callem. At cum videmus vtrunqꝫ/filium inquam et matrem:per aduerſitates/dolores/et afflictiones pertigiſſe ad cœli faſtigium: eā ſolam eſſe nobis ſtratam credamus viam/eum ſolum paratum tramitem introeundi in cœleſtem portam. Chriſtus enim paſ-

1. Pe. 2. ſus eſt pro nobis:relinquens nobis exemplum/ vt ſequamur veſtigia eius. Cum itaqꝫ quempiam noſtrum chariſſimi fratres aut orbitas affligit aut aduerſitas premit/ cum dolemus ademptum morte patrem nobis aut fratrem/aut alium quemuis ſanguine iunctum/cum itidem aduerſa decumbimus valitudine: non debemus animo conſternari. ſed in mentem reuocare: & Chriſtum grauiora paſſum/& ſanctam eius matrem etiam filio orbam fuiſſe. Vbi id in mentem venerit:noſtra quęcunqꝫ afflictio ad Chriſti paſſionem collata/nulla prorſus videbitur.et plane loco afflictionis: animū ſubibit dulcis conſolatio. Si dolet quiſqꝫ amiſſum fratrem:cogitet/ grauius matrem optimam indoluiſſe/cum coram cerneret ſe filium amittere. et grauioris illius doloris contemplatione : ſuam triſtitiam leuet. Stemus et nos cum ipſa pedibus mentis ſub cruce:vt vno obtutu & matrem ſuam et nos dominus reſpiciat. Contemplemur dominum noſtrum in cruce pendentem:attendamus matrem ei condolētem/& vtriqꝫ compatiamur. eoqꝫ medicamento & antidoto: quicquid nos affligat doloris/illico propelletur. ¶ Non ſolū autem matrem ſuam ſtantem iuxta crucem vidit IHESVS: ſed & diſcipulum quem diligebat. non quidem ꝙ ſolum illum diligeret qui omnes diſcipulos ſuos miro proſequebatur amore/

Ioan. 15. quemadmodum ipſe atteſtatur. hoc (inquit) eſt præceptum meum vt diligatis inuicem:ſicut ego dilexi vos. ſed ꝙ eum cęteris familiarius/flagrantiuſqꝫ diligeret. Cuius ſpecialioris di-

lectionis non obſcurum fuit ſignum: ꝙ diſcipulum illum ſupra pectus ſuum in cœna recumbere voluerit / eiqꝫ ſoli ſuum in= Ioan. 13.
dicare proditorem. Illius item ſingularis dilectionis argumentum fuit: ꝙ theſaurum precioſiſſimum quem in mundo habuit (ſuam ſcilicet dilectiſſimam matrem) illi diſcipulo cuſtodiendum commendarit. Fulgebat enim virgineo candore beatꝰ Ioannes: & eam ob rem non abſone candidiſſima matris dei puritas / munditiſſimaqꝫ integritas ei commiſſa eſt aſſeruanda. ¶ Ceterum vt Chriſtus Ioānem ſingulari amoris priuilegio dilexit: ita reciproco amādi officio / & mutua vicariaqꝫ compēſatione / dilectus iſte diſcipulus Chriſtum coluit. quod vel eo dilucide cōſtat indicio: quia ceteris diſcipulis conſtantior / inter frementes turbas & inſultantes Iudæos Chriſto in cruce pendenti aſtitit / non veritus eorum inſaniam & odiū ī Chriſti affectatores. Iam ceteri trepidatione perciti: fuga dilapſi erant diſcipuli / neqꝫ audebant in tanta rerum perturbatione ac tempeſtate ſeipſos coram prodere. Iam Petrus apoſtolorum columen: in ſcandalū Matth. 26.
abnegationis prolapſus erat. Solus hic magiſtrum ſuum impauide ad mortem vſqꝫ comitatus eſt: eiqꝫ quo potuit / deſeruiuit in extrema neceſſitate obſequio. Quod vere amicitiæ munus eſſe: conteſtatur ſapiens / cum ait. Omni tempore diligit qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur. Prouer. 17
Contra vero de eo qui ſimulat amicitiam / & exterius præ ſe fert amorem non ſolida radice nixum: dicit eccleſiaſticus. Eſt amicus ſecundū tempus ſuum: & nō permanebit in die tribulationis. Eccl. 6.
Et paulo poſt. Eſt amicus ſocius menſe: & non permanebit in die neceſſitatis. At vero beatum Ioannem non de huiuſmodi amicorum fuiſſe numero / ſed verum / ſed ſyncerum: & id arguit / ꝙ cū captus eſſet dominus noſter a Iudæis in horto / cæteris diſcipulis ſe in Marci. 14.
fugam proripiētibus: nō prius aufugit / ꝙ̄ abrepta ſindone qua ſuper nudo corpore amictus erat: & ipſe nudus itidem fugere coactus eſt. Deinde vero reuerſus / introgredi non expauit cum domino noſtro in atrium pontificis: & Petrum illuc introducere. Ioan. 18.
Vides multifariam elucere beati Ioannis in paſſione Chriſti conſtantiam ſupra cæteros condiſcipulos: ex feruētiore in ipſū amore haud dubie emanantē. ¶ Sed nunc quid Chriſtus matri ſue dixerit: audiamus. Mulier (inquit) ecce filius tuus. Orauerat quidem prius patrem ſuum dominꝰ pro perſecutoribus: nec inefficaciter. Nam viſis oſtentis elementorum et caligine tenebroſa totam terram obducente: reuerſi ſunt percutientes Luce. 23.
pectora ſua / & pœnitudine ducti cognouerunt ex portentis & prodigijs inſolitis: eū quē crucifixerant eſſe filium dei. Promiſerat itidem latroni / innocētiam et diuinitatem Chriſti cōfiteri: regnū cœleſte / paradiſiqꝫ conſortiū. Nūc pro matre ſollicitus: ei

& fidum deſignat cuſtodem/ dicens de Ioanne ad virginem.
Mulier ecce filius tuus.acſi plane diceret. Fui quondam O dul-
ciſſima mater/& adhuc natura ſum tuus filius. hāc enī huma-
næ carnis ſubſtantiā a te ſumpſi. Verum nunc michi moriendū
eſt/nunc a te ſeparandus:officioſum filij in matrem obſequiū
amplius præſtare non potero. Itaqꝫ ne maneas orba et deſtitu-
ta filij ſolatio:dilectus meus diſcipulus (qui corā adeſt) funge-
tur meo ī te officio/tibiqꝫ filij loco erit. ¶ Sed cur O bone IHE
SV:non matris ſed mulieris nomine hic matrem compellaſti?
qui non modo opere ſed et verbo:iuſſiſti matrem a filijs hono-
rari. Dixeras quidem prius cum a te in nuptijs peteret vini de-
Ioan.2. ficientis ſupplementum:quid michi et tibi eſt mulier?nondum
venit hora mea.quia naturam diuinitatis/operationis miracu
lorum effectricem(quam tunc mater expetiuit)ab ea non acce-
piſti. Sed cum humanitatem (ſecundum quam patiebare) ab
ea ſuſceperis:exigere videtur ipſa pietas/ꝙ eam matrem potiꝰ
ꝙ mulierem nūc appelles. ¶ Verum id proinde a te factum eſt:
ne audito matris nomine/maternum cor nimio dolore afflicta-
retur/ neue renouaretur aut augeſceret illo verbo quaſi ſagitta
tranſfixi materni pectoris angor. cuius triſtitiam/ vtcunqꝫ po-
tuiſti/ potius imminuere ꝙ grauiorem reddere ſtuduiſti. Itaqꝫ
opere ipſo ſummam in matrem pietatem oſtendiſti:tantū ver-
bo communi vſus/ne proprium & peculiare matris vocabulū
mœrorem magis anxium ingereret. Siquidem mentem tuam a
pietate alienam non fuiſſe:oſtendit hęc tua de matre ſollicitu-
do.quia cum non poſſent manus tuæ præſtare in matrem offi-
cium:nam clauis erant confixę.cum etiam non valerent cæte-
ra corporis tui membra quicꝙ obſequij exhibere matri: quia li-
gno crucis erant affixa.ſoli oculi quod potuerunt effecerūt/re-
ſpexeruntqꝫ dulci cōpaſſionis intuitu mœſtiſſimam matrē. Et
lingua itidem quę libera erat relicta:ſuo vſa eſt ad pietatem of-
ficio/dicēs ad matrē.Mulier ecce filius tuus. Sic oculi videndo/
& lingua loquendo:quam potuerunt/matri exhibuerunt vene
rationem & conſolationem. ¶ Cęterum mirabitur fortaſſe quiſ
piam:cur dilectę ſuę matri in nuptijs eum ſollicitāti atqꝫ admo-
nenti de vini deficientia/duriuſcule reſponderit Chriſtus/ quid
Ioan.2. michi et tibi eſt mulier?nōdū venit hora mea. Alio quoqꝫ tem-
pore cuidā dicenti ad dominum/docēdo populo intentū/ ecce
mater tua et fratres tui foris ſtāt quęrentes te:quaſi matrē non
Matth.12. agnoſcens/dixit. Quę eſt mater mea:et qui ſunt fratres mei? Et
extendēs manum in diſcipulos ſuos: dixit. Ecce mater mea/
& fratres mei. Hic vero cum ſpiritum eſſet deo patri commen-
daturꝰ:placide ipſam eſt allocutus matrem/vbi maior videba-
tur perturbationis occaſio ob acerbitatē tormentorū.et ſolicitā

illius curam gerens:ſedulum illi & officioſum deſignauit cuſtodem. ¶Sed onis facile tolletur addubitandi materia:ſi ipſa temporis/loci & rerũ ratio vbiq; penſiculatius attendatur. Rogauit in nuptijs mater filiũ:vt vini defectũ ſuppleret.ſed intempeſtiue:& anteq̃ alijs palã manifeſta eſſet vini deficientia. Proinde qui ſuis temporibus diſpenſat omnia & naturę & miraculorum opera: reſpondit nondũ adeſſe horam faciendi miraculi/ ne ſe ingereret ad hoc opus/aut mater ſuſpectũ redderet ſignũ. Admonuit differẽdã eſſe rem ipſam:quoad ab alijs rogaretur/. quoad cõuiuis ipſis etiã nota eſſet vini carentia.& ita indubitatius eſſet ſuæ glorioſæ diuinitatis ſignũ:tempeſtiua aquæ in vinum cõuerſio. hæc erat hora illa quæ expectabatur a domino/ ad faciendum illud miraculũ:quæ tunc cum mater eum primo compellauit/ necdum venerat. Itaq; nichil durum reſpondit dulciſſimę ſuæ matri in illis verbis:cuius petitionem/cum oportunũ erat tempus/opere compleuit. At vero cum annunciando æternæ vitæ verbo deditus erat dominus/& ad populũ in templo verba faceret:interpellatus a quodam nũciante matrẽ eius & fratres foris ſtantes ipſum quęrere:cognationẽ matris carnalem non negauit.ſed reſponſione ſua oſtendit: parentes ne cognoſcendos quidem eſſe/ cum ſpiritualia impediunt opera.ponendumq; tunc eſſe omnem carnis affectum: cum diuinis vacatur officijs. Manus autem ſuæ in diſcipulos extenſione/ aſſertioneq; ſubiuncta q̄ ipſi eſſent mater & fratres eius: declarauit ipſe magiſter veritatis/ cognationẽ ſpiritualem qua regeneramur ſpiritu/& deo fide non ficta coniungimur: corporali longe eſſe pręferendam. hæc enim natura pręſtatur:ſine noſtra electione & opera. Illa vero:noſtro ſtudio/ propoſito atq; voluntate habetur. Erant plane diſcipuli germanitate ſpiritus/domino arctius coniuncti:non autem ita cognatione carnis. Beata autem virgo/& carnis & ſpiritus affinitate erat coniũctiſſima Chriſto: adhęrẽs ei indimobiliter/& vnus cũ eo ſpiritus.& ergo illi erat cognatiſſima: vtraq; ad ipm cognatiõe ſupra cæteros eminenter inſignis atq; præclariſſima. Itaq; in his duobus euangelij locis/importuna aliorum ad Chriſtum interpellatio:fecit eius reſponſionem (quæ ipſi rei erat accõmodatiſſima) duriorem & aſperiorem videri. At nichil tale/cum iuxta crucem IHESV ſtaret mater eius/occurrit:propter quod difficilior illi eſſet habendus ſermo.quin potius omnia mitem/ manſuetamq; locutionẽ expoſcebant:ad leniendum dolorẽ maternum. Cum enim in arcta neceſſitate & anguſtia conſtituti ſunt parentes: ſuauiloquẽtia ad eos opus eſt/& officij exhibitione. Cum etiam ſpiritualia opera nequaq̃ impediunt:merito omnia ſunt eis (vt ait Chryſoſtomus) tribuenda.& omnibus pręferendi ſunt: quia genue-

Ioan. 2.

Matth. 12.

Chryſoſtomus.

runt/q; educarunt/q; innumeras pro ipſis moleſtias ſubierunt. Recte igitur glorioſæ ſuæ matri gladio doloris tranſfixæ: dulciter de cruce locutus eſt Chriſtus/& prouida cura illam cõmendauit diſcipulo. vt documentũ nobis traderet ſuo exẽplo: q; parentibus anguſtia & aduerſitate preſſis õni cura ſubuenire debemus. quam poſſumus verbis: adhibere cõſolationẽ. & quodcunq; opere valemus: ipſis impendere officiũ/ ſubſidiũ & leuamẽ. ¶ Porro hic libet attẽdere qualis fuit hæc mulier quã domi nus hoc loco de cruce compellat: & q̃ diſſimilis illi quę data pri

Gene. 3. mo parenti ſocia (vt ait) decepit ipſum/ & toti humano generi prima intulit exitium. Illa quidem per ſerpentẽ ſeducta eſt. Iſta

Euæ ad MARIAM cõparatio. vero per angelum de ſublimitate diuinæ incarnationis edocta. Illa accepit de ligno vetito: & dedit viro ſuo/ de quo facta erat. Iſta reparationem per lignum fieri vidit a filio: qui de ea natus erat. & ei quidẽ aſtitit/ vt queadmodũ mulier in preuaricatione erat coniũcta viro: ſic & in ſatiſfactione mulier itidẽ adeſſet viro. fieretq; cõſimili modo expiatio culpę: quo facta fuerat com miſſio. Hęc eni pręter cæteras vna eſt cauſa cur Chriſtus ſuam dilectiſſimã matrem voluit adeſſe ſuæ paſſioni/ & ſecum tanto affligi dolore: vt elueretur hoc remedio illa delectatio / qua vir ſuggerente muliere vna cũ ipſa vetitũ guſtauit pomũ. Illa ſeducta eſt/ quia cũ homo eſſet: voluit aſſimilari deo. hæc vero vidit deum & hominẽ ex ſe natũ: cruci affixum. Illa de latere viri facta/ fuit principiũ noſtræ damnationis: quia virũ ſuũ pertraxit ad conſenſum. Iſta principiũ noſtrę ſaluatiõis/ vidit latus Chriſti aperiri: vnde virtus omniũ ſacramentorũ prodijt. Illa vidit lignũ quod erat pulchrũ viſu & delectabile: ſuaueq; ad veſcendũ. Hec vero vidit in ligno ignominioſo ſuſpenſum filiũ/ cõſputum & amaritudine fellis potatũ. Illius pedes currunt ad lignum: & manus extendũtur ad fructũ. Hæc filij ſui pedes vidit clauis cõ fixos: & manus itidem ferro cõfoſſas. vt omni ex parte quæ mẽbra fuerant in peccati perpetratione inſtrumenta culpæ: eadem ad expurgationẽ noxæ grauia pertulerint tormenta. Illa ambitioſa: hæc humillima. Illa deo inobediens: hæc obedientiſſima/ quæ etiam ſponte paſſa eſt/ ſuſtinuitq; filium ſuum pro nobis tradi in mortẽ. Vnde ſacer Auguſtinus vtrãq; harũ adinui

Auguſtin9 cem cõferens: recte ait. Eua inobediens meruit pœnã: MARIA obediens conſecuta eſt gratiam. Illa guſtando prohibitũ maledicta: hæc credendo angelo benedicta. Rurſum. illa dei ſcientiã appetiuit: hęc dei ſapientiam irrideri veſte alba/ & ludibrio haberi cõſpexit. Illa cum viro ſuo erat nuda: cum peccauit. Hæc filium ſuum/ nudum in cruce ſuſpenſum vidit. Illa cum viro ſuo poſt culpam ſe abſcondit. hec poſt filij ſui immolationem: eum vidit in ſepulchro reponi. Per illã maledictio irrogata & mors:

per hanc benedictio & vita nobis eſt allata. ¶Sed nunc ad euãgelij litteram regrediamur: quæ poſtea ſubiungit. Deinde dixit IHESVS ad diſcipulum. Ecce mater tua. Perinde atq; aperte diceret. Eſt tibi O Ioannes/ altera mater generationis officio: præter quam/ & hanc habeas matrẽ cura & ſolicitudine. Impẽde ei quæcũq; potes officia pietatis. quia & mea mater eſt/ ratione ſuſceptę carnis: & tua/ ratione curæ & obſequij quod ipſi impendas. Ego quidem eius ſum natura filius. ſed tu ſedulitate & diligentia cuſtodiendi eam: te illi filium exhibebis. Et in hoc ſane facto oſtendit nobis dominus noſter/ & virtutum magiſter optimus (vt iam ſupradictũ eſt) quantã debeamus habere curam parentum noſtrorũ/ q̃ ſedulo & diligẽter debemus anniti: vt quæcunq; illis deſunt/ ſubminiſtrentur. quandoquidẽ moriturus dei filius/ ne ſuam quidem matrem neglexerit: ſed ei deſignauit certum (qui filij partes in eam ageret) cuſtodem. Cæterum hæc mirabilis eſt filiorum commutatio: & virgini matri admodum dura. Siquidem habuiſti prius O beatiſſima virgo/ pro nato filium dei: nunc eius loco/ filium habes Zebedei. Ante filius tibi fuit/ qui & deus eſſet & homo: ſed nunc tibi filius deſignatus eſt purus homo. Prius eum qui cœlo & terræ imperat & ſolo verbo condidit vniuerſa: filium habuiſti. nũc autem eum: qui a deo creatus eſt. Verum non id tibi durum videri debet. nam hunc ſecundum O mater benigniſſima filium ita accepiſti: vt primũ non amiſeris. Nam tametſi ad tempus diſſolutionem animæ a corpore patiatur: ea tamen diuturna nõ erit. Tertius dies (confide) reſtituet tibi filium glorioſum: & ad immortalitatem reſurrecturum. qui cum haud multo poſt aſcenſurus ſit cum triumpho ad patrem: interim alterum habebis/ qui diligenter te curabit & ſeruabit. Sed O ſancte Ioannes attende ſtudioſius: quantum theſaurum hoc ipſo teſtamento (cuius tu ſolus/ ſcriba fuiſti) ſuſceperis cuſtodiendũ/ q̃ precioſam tibi margaritam cõmiſerit magiſter tuus/ quanti ponderis & momenti id eſt depoſitum: quod tibi creditum eſt. Ipſa enim virgo ſanctiſſima/ quæ tibi vt mater filio commendata eſt: regina eſt cœlorum & domina angelorum. Ipſa templum eſt domini: in quo nouem menſes requieſcere dignatus eſt. Ipſa itidem ſacrarium eſt ſpiritus ſancti: cuius obumbratione/ virgo fœcundata eſt. Oſtendit plane dominus noſter hoc argumento/ q; te ſingulari quodam amoris priuilegio dilexerit: cum eã/ qua nichil precioſius/ nichil charius habuit in terris/ matrem tibi vni crediderit. Serua enixe id depoſitũ/ cuſtodi creditum tibi theſaurũ: eiq; officia pietatis exhibe. cui quiſquis inſeruire obſequiũq; præſtare poteſt: eo ipſo nõ minimã fœlicitatis partem aſſecutus eſt. Verũ quid opus eſt monito: vbi nullo accedente monitore/

ſponte ſua & ex ſeipſo quis id facit cuius admonetur? Quid o-
pus eſt vltro currentem (vt aiunt) equū calcaribus vrgere? Ec-
ce paret diſcipulus magiſtro/obſequitur protinus voluntati te-
ſtatoris/ moremq; gerit eius petitioni. Et ex illa (inquit) horā
accepit eam diſcipulus in ſuam. Quid ſuam? ſororē aut cogna-
tam? Minime. ſed in ſuam matrem: aut potius in ſuam curam
vel cuſtodiam. Qui vero hoc loco/in ſua/legunt (quod tamen
Auguſtin9 minus congruenter faciunt) intelligūt/vt ait Auguſtinus/ꝙ ac
cepit eam diſcipulus in ſua/non prædia: quæ nulla propria poſ-
ſidebat. ſed in ſua officia: quæ propria diſpenſatione exequenda
curabat. Neq; ab re adiectū putetur: diſcipulū ex illa hora acce-
piſſe eam in ſuam. Quis enim antea beatæ virgini dilectus deo
diſcipulus honorem & obſeruantiā vt matri dei/vt ſanguine il-
li cōiunctæ/ vt benedictæ inter mulieres & virgini ſingulari ex-
hibuerit: nunc tamē poſt acceptam a deo prouinciam cuſtodiæ
ipſius/maiore ſedulitate obſequiū illi præſtitit/ diligentiore ſtu-
dio curam ipſius habuit/ & frequentiori conſuetudine atq; fami
liaritate eidem officioſus aſſuit. vt ad fœlicem vſq; tranſitū glo-
rioſæ virginis ex hoc mūdo/eam non deſeruerit: ſed ſedulus ei
impenderit queuis obſequia: quæ pietas ipſa efflagitat a pien-
tiſſimo quoq; filio matri exhiberi. Ex quo nō parum beato Ioā-
ni/virginis glorioſæ cuſtodi/ dignitatis acceſſit: & diuinorū my
ſteriorū apertior data eſt intelligentia. haud enim dubium eſt/
ip̄m multa ex ea diuinitatis myſteria audiſſe/ cæteris diſcipulis
copioſius: ob maiorem cū ea familiaritatē & cōiunctus cōſuetu-
dinem. Illaq; vbertim hauſiſſe doctrinę fluenta/ partim ex dñi-
Ioan. 13. co (ſupra quod in cena recubuit) pectore/partim ex mutuo di-
gniſſimæ virginis (quę tota diuino erat lumine illuſtrata) cōſor-
tio: quæ deinde abunde diffudit in totum orbem/ & euangeli-
co eloquio inſtar aquilæ/cœli ſublimia cōſcendit. ¶ Poſſet autē
quiſpiam hoc loco nō abſurde ſciſcitari/ quā ob rem beata vir-
go MARIA ſancto Ioanni eſt a Chriſto in cruce cōmendata: &
nō potius ipſi Ioſeph viro ſuo qui eam deſponſauerat/curamq;
illius ante partū & poſt partū in iis quę ad rem domeſticā/cōui
ctū/& vitæ humanę neceſſitatē ſpectant ſemp geſſerat. Erat eni
ipſe ſanctus Ioſeph/ ſacratiſſimæ virgini propter cōnubiale fœ-
dus & vinculum copulatior: q̄ Ioannes. ¶ Prompta eſt reſpō-
ſio/ipſum Ioſeph āte paſſionem Chriſti obdormiſſe in domino:
& in placido Abrahæ ſinu redemptionis humanæ fructū cum
aliis patrib9 antiquis expectaſſe. quod q̄uis ex euāgelica lectio-
ne non habeatur/facile tamen ex eo conuincitur: ꝙ ſi ſuperuixiſ
ſet adhuc ipſo paſſionis domini tempore/non deſeruiſſet ſacro-
ſanctam cōiugem ſuam iuxta crucē incomitatā/ ſed & præſens
ei aſtitiſſet. Sicut cū ea in ægyptū profectus eſt: & triduo puerū

IHESVM cum remanſit in Hieruſalem/dolenter cū mœſtiſſima matre quęſiuit. Inſuper ſi ipſa paſſionis hora ſuperfuiſſet Ioſeph: nunq̄ alteri q̄ illi ſacra virgo de cruce commiſſa fuiſſet/ verū orbata viro: Ioanni credita eſt. ¶ Sed & nos fratres chariſſimi/nōne cum Ioanne matrē habemus cōmunē: ſacroſanctam ſcilicet virginē MARIAM? An non ipſa eſt peccatorū mater: quæ vt peccatores ſalui fierent/facta eſt mater? Accipiamus igitur eam quiſq; in ſuam/tanq̄ nobis commendatam a domino: quēadmodū fecit Ioannes. et ipſa cum benignitatis & miſericordiæ ſit pleniſſima/nos accipiet in filios: efficietq; hoc pacto nos domini noſtri fratres/ vt quorū vna ſit cōmunis mater. Vt filij igitur tantę matris: ſedulū ei pręſtemus obſequiū/honorēq; aſſiduū. quo poſt hanc vitam nos in ſuum aſſumat conſortium: ſi modo ſedulitate ſolicita eam nunc acceperimus in noſtram matrē. Efficietq; demū/ vt cū domino & fratre noſtro IHESV Chriſto/& cum ea: in paterna & materna illa regni cœleſtis hæreditate perpetuo gaudeamus. Quod nobis pręſtet dominus noſter: qui non dubitauit/vt iugiter viueremus/temporalem pro nobis mortem ſubire. Amen. Lucę. 2.

¶ Homelię de ſtatione beatę MARIAE virginis iuxta crucem filij ſui: euangelicę lectionis ſecundum Ioannem explanatoriæ / Finis.

¶Index capitum præcedentis opuſculi: de dolore beatę MARIAE virginis in paſſione & morte filij ſui.

Folio.

57 ¶Euangelico teſtimonio/ & Pauli apoſtoli/ naturęq; recta inclinatione: dolorem beatæ virginis oſtendi. Cap. I

59 ¶Qꝫ rurſum teſtimonio apoſtoli/exēplo Chriſti itidē & Pauli: cōprobatur ſacræ virginis dolor. II

60 ¶Ex mutua membrorū cōpaſſione/materno affectu/diſcipulis & Magdalena: eundem cōuinci dolorem. III

61 ¶Qꝫ ex iuſti Simeonis oraculo: arguitur grauis dolor glorioſę virginis in paſſione filij ſui. IIII

62 ¶Sanctorū patrū Ioannis Damaſceni/Hieronymi & Bernardi authoritate: dolorem ſanctæ virginis oſtendi. V

63 ¶Qꝫ ex dictis Bonauēturæ/Bernardi & Anſelmi: clare demonſtratur dolor ſanctiſſimæ virginis. VI

64 ¶Iterum ex Bernardo/Anſelmo/ & Auguſtino: dolorē ſacratæ virginis in filij ſui paſſione cōprobari. VII

65 ¶Adhuc alio Bernardi teſtimonio/& matrū veteris teſtamenti in filiorum aduerſitate/luctu: patefieri propoſitū. VIII

66 ¶Qꝫuis beata virgo fuerit plena gratia/& ab ōni peccato immunis: id tamen non arguit in ea indolentiam. IX

66 ¶Qꝫ gaudium beatæ virginis de redemptione humana: non impediuit dolorē eius/& modeſtam condolentiam. X

68 ¶Qꝫ virgo Maria in partu fuerit expers doloris/ & Paulus in cruce gloriatus: non cōuincit aduerſariorū propoſitū. XI

69 ¶Ex eo ꝙ Chriſtus ſe ſolum calcaſſe torcular paſſionis dicit: non recte colligi beatæ virginis inaſſicientiam. XII

70 ¶Qꝫ carentia culpæ in beata virgine/& fortitudo animi: non arguunt eam dolore in paſſione filij caruiſſe. XIII

71 ¶Ardentiſſimā beatæ virginis charitatem: non impediuiſſe illius dolorem in paſſione filij ſui. XIIII

¶Indicis capitum huius opuſculi Finis.

∴

¶ Iudoci Clichtouei Neoportuenſis/ in libellum de aſſumptione beatæ MARIAE virginis: prefatio.

SOlent qui aliorum indigent patrocinio pro ſuæ cauſæ defenſione: patronis ſuis offerre munera/quibus ipſorum amorem cōcilient/ reddantq; eos ad ferendū ſibi præſidiū prōptiores. Ipſe autē O benigniſſima totius humani generis aduocata/ ſummopere tua egeo patrocinatione apud filium tuum: quē frequenter offendi/peccatorūq; meorum grauitate pariter & multitudine ſepius ad iracundiam prouocaui. Qui ſi iniquitates meas obſeruet: quis ſuſtinebit eius iudiciū? Pſal.129. Si colūnę cœli pauent ad nutum eius:quid faciet puluis & cinis? Iob.26. Si non ſunt ſtellæ in conſpectu eius mundæ:quid de terra Iob.25. cenſendum eſt? Vt igitur pro me(qui leſę maieſtatis diuinæ ſum reus/& ineluctabile Chriſti tribunal merito trepidus formido: 2. Corin.5. qui ſuggeſtum illud terribile/ante quod cum omnibus tum mihi tandem ſtandum eſt/haud ab re contremiſco)patrocinium ſuſcipias/ quæ a deo conſtituta es peccatorum patrona & noſtra aduocata: en offero tuæ celſitudini & eximiæ ſublimitati munuſculum. vt eo (quantulumcunq; eſt) obſequio tuam demerear gratiam: tuum mihi cōparem fauorem / & impetrem ſuffragium. ¶ Verum cum tu ipſa O regina cœli & domina mundi/ bonorum omnium ſis pleniſſima: & exuberantiſſimo bonitatis fonti indimobiliter coniuncta / a quo in te eſt indeficiens diuinorum munerum deriuatio: ipſe vero inops rerum/ pauper & gratiæ indigus/vnde in id deueni temeritatis & audacioris confidentiæ: vt tibi donarium offerre tentauerim/ aut exhibere xeniolum? Sed & deus ipſe O ſereniſſima virgo / cuius eſt terra & plenitudo eius/bonorumq; noſtrorum nō eget: humana nequaq̄ recuſat pio affectu oblata munera. quæ non ad leuandam eius cui offeruntur indigentiam:ſed teſtificandā potius offerentium gratitudinem/ obſeruantiam/ & venerationem exhibentur. Non reſpuit dulciſſimus filius tuus pauperis Lucę.21. viduæ æra minuta duo: ſed pluris illa q̄ opima & ampla diuitum munera fecit. Non deniq; repudiabantur ab oblatione tabernaculi/qui ob fortunę tenuitatem non aurum/ argentum/ Exodi.26. aut lapides precioſos: ſed pelles arietis ad integendum tabernaculum offerebant. Sic ob inſignem tuam benignitatem incredibilemq; facilitatem non refutabis(ſpero) exiguū illud donū:

quod ſeruus tuus tuæ parat dignitati. neq; tam attendes oblati muneris conditionē & qualitatē: q̄ ipſius offerentis in te affectū / reuerētiā / & deuotionē. ¶ Cęterū ſi id ipm quod tuę dedicat excellētię munus: bonū eſt / tuaq; auguſtiſſima dignū pſtabilitate: non meum eſt O dulciſſima mater / neq; ab offerēte profectum /
Iaco. 1. ſed a cœlo. omne enim datum optimum / & omne donum perfectum / de ſurſum eſt: deſcendens a patre luminum. Et auri-
1. Corin. 4 bus noſtris aſſidue inclamat Paulus. Quid habes quod nō accepiſti? ſi autem accepiſti: quid gloriaris quaſi non acceperis?
Prouer. 2. Rurſum conteſtatur ſapiens: q̄ dominus dat ſapientiam / &
Eccl. 1. ex ore eius ſcientia & prudentia. Et alio loco. Omnis ſapien-
1. Reg. 2. tia: a domino deo eſt. Et iterū. deus: ſcientiarum dominus eſt. Sed non idcirco minus grata erit tuæ dignitati: hæc precario accepti muneris oblatio. cum neq; deus ipſe recuſet ea ab hominibus accipere donorum genera: quę ipſe prior illis contulit. Siquidem profitetur in munerum oblatione deo ſacratus pro-
1. Para. 29. pheta & pſaltes. tua ſunt omnia domine: & quæ de manu tua accepimus: dedimus tibi. Et plane completa cenſeri debet illa motio / & acta in gyrum: quæ a cœlo in terram communicatione bonorum ſe porrigens / rurſum ad cœlum per gratitudinem & acceptorum munerum recognitionem ſuſtollitur. vt ad eundem redeat terminum: a quo primum profecta eſt. Sic enim ſolarem videm9 radium a primitiuo luminis fonte in ima deriuatum: reflexo motu ſubleuari ad ſuperna / atq; ſuum repetere principium. Itaq; cum non niſi a cœlo manare poſſit / quod tuæ celſitudini deſtinamus donum: tua certe opus eſt nobis ope / ad impetrandam dei gratiam. qua adiutrice: tuæ gloriæ magnificentia dignum conficiatur munus. Vt igitur recte / & quemadmodum tuam decet amplitudinem ac gloriam abſoluatur / quod auſpicamur opuſculū: cœleſtis gratiæ fauorem nobis imple. deinde vt gratum ſit tuæ ſerenitati / acceptūq; auguſtæ ſublimitati cum abſolutum fuerit: benignius annue. Sane in eo / de tuæ glorioſæ aſſumptionis celebritate / inſigniq; honore verba facere conſtituimus: q̄ de ipſa nichil in ſacris eloquiis ſcriptum expreſſe legimus. Sed ex iis quæ ſcripta ſunt / & a probatis authoribus tradita: quid de illa dicendū ſit depromere enitemur / atq; oſtēdere quomodo laborum tuorum glorioſus fuerit fructus / & fœlix exitus. Aſpira igitur noſtris inceptis O beata virgo: & aliquid laude tua dignum nobis eloqui concede. Amen.

ℭIudoci Clichtouei Neoportuenſis/de aſſum-ptione beatę virginis MARIAE:libellus.

ℭQuare Chriſtus voluit dilectā matrē ſuā poſt aſcenſionis ſuæ triūphū: adhuc in terris manere ſuperſtitē. Cap. I.

DE aſſumptionis ſanctiſſimę MARIAE virgi-
nis ſingulari gloria dicturis/primū illud oc-
currit diſcutiendū:quare Chriſtus ſacroſan-
ctā matrē ſuā quā tantopere dilexit/in triū-
phali aſcenſione ſua cœlo ſecū nō iuexit.ſi-
cut ſanctos patres qui inferiore erant ſancti-
tatis gradu q̄ beata virgo:perduxit in ſuo co
mitatu ad regna cœlorū/cū captiuitatē no-
ſtrā ſua duxit virtute captiuā. An credendū ſit ipſam beatā vir- Ephe. 4.
ginē illud nō exoptaſſe/cui dulce ſemp̄ fuit adeſſe filio ſuo/& tri-
ſte admodū ſeparari ab eo? Si triduana illa filij abſentia/cū re-
manſit in Hieruſalē demū inuentus in tēplo/tanto eā cōfecerit Lucę. 2.
mœrore: vt corā cōteſtata ſit modeſta quadā querimonia/ꝙ cū
dolore eū quæſiuerit:quid exiſtimandū eſt diuturniorē illā a fi-
lio abſentiā/vt duodecim annorū(quibus ſecundū vulgatiorem
probatorū authorū et vero ſimiliorē ſententiā: poſt regreſſum
filij ſui in cœlum/ adhuc in huius vitæ incolatu manſit ſuper-
ſtes) intuliſſe doloris cordi virgineo/ & ſuſpirationis ad ipſum?
cum ſpes quæ differtur:affligere animam phibeatur. Si deniq; Prouer. 13.
ea eſt vis amoris:vt grauem inducat triſtitiā de abſentia amici/
ſicut et de eius præſentia lętitiā/& beata virgo ardētiſſimo cha-
ritatis affectu filiū ſuū vnicū merito ſit proſecuta:quis dubitare
queat ipſā grauiter nō eſſe afflictā ꝙ a filij ſui diuulſa cōſpectu:
ſola & incomitata eiuſq; deſtituta ſolatio hic fuerit derelicta?
ℭCæterū Chriſtus dn̄s noſter vera patris ſapientia/diſponens
omnia ſuauiter/& cūcta certa ratione diſpenſans: voluit matrē
ſuam dilectā ad totius eccleſiæ vtilitatē certis de cauſis hic no-
biſcū:poſt ſuū ad æthereas ſedes reditum manere. Et ipſa quoq;
nō quęrens quæ ſua ſunt:idē voluit/poſito affectu proprio/ di-
uinæ volūtati filijq; ſui beneplacito ſeipſam in ōnibus accōmo-
1 dans. ℭPrima quidē cauſa fuit ad cōſolationē fideliū:in ędifi-
catione naſcentis eccleſiæ hic manentiū.quibus durum fuiſſet:
Chriſtū omnino eis ſecundū corporalē præſentiā ſubſtrahi.mi-
nus vero graue viſum ipſis fuit: ꝙ ſecundū ſeipſum quidē abie-
rit.in glorioſa autē matre ſua (in qua tanq̄ viua imagine: tota
eius virtus/humilitas/& benignitas/effigiata fuit / in qua gra-
tiarū eius & diuinorū munerū exuberātia mirifice refulſit) ad-
huc modo quodā cū ipſis p̄manſerit. vt aſpiciētes dei matrē ſa-

cratā præſentē in terris:& ipm videretur quaſi adhuc cōſpicere
cū hominibus conuerſantē. Et certe opus erat illis eccleſię colū-
nis/pricipibus ſup omnē terrā cōſtitutis /& athletis fortiſſimis/
id quoq; cōſolationis genus habere:cū cōtra domū domini fū-
Lucę.9. datam ſupra firmā petrā venerūt flumīa perſecutionū/& flaue-
rūt venti inundantiū tribulationū' pontifices Iudęorū/ſcribę &
phariſei volētes euertere illā domū domini:& ædificatores illi⁹
impedire a ſpirituali illa ædificatione. Sicut quondā in figura
1.Eſdre.4. Hebręis a captiuitate Babylonica reuerſis & moleſtātibus inſtau-
rare tēplū dn̄i: finitimi & vicini eorū exhibuerūt ipſis negociū/
impedimentūq; præſtiterūt ad tempus/ ne huiuſmodi ædificiū
cœptum perficeretur. At vero i hoc ſęuo perſecutionū turbine/
in hoc tonitruo humanæ afflictionis:quantū putas leuamē ſan
ctis apoſtolis & fidelibus attulit ſanctiſſima dei mater/in qua ha
bitauerat pater miſericordiarū & deus totius cōſolationis: quæ
conſolabatur ipſos in omni tribulatione eorū. Cū eni in ea ōnis
eſſet gratia viæ & veritatis: aſſidua eos exhortatiōe admonuit
ꝙ viriliter agerent/cōfortarentur in dn̄o/ſuſtinerēt illū/& pro iu
ſtitia ad mortē vſq; decertarent/ nō extimeſcerent hominū mi-
nas/& eos qui corpus poſſunt occidere:ſcientes imarceſſibilem
glorię coronā pręparatā ijs qui perſecutionē pro Chriſto patiū-
tur. Et nimirū dulcis fuit cōſolatio certātibus in tā duro agone
tenebriſq; vitæ pręſentis/ſublato eis quantū ad corporis pręſen
tiā ſole iuſtitiæ Chriſto:ſaltē lunā adhuc habere cōſpicuā/ cui⁹
lucentibus radijs illuſtrarentur. virginē dico MARIAM: quæ
Canti.4. pulchra eſſe vt luna prędicatur. Qꝫ ſi illa duo lumiaria magna/
quæ fecit deus ad mundi huius tenebroſi illuminationē/ſimul
ſubſtracta fuiſſent: atrę noctis opacitas nimiū occupaſſet domū
dei/& in tenebris deſolationis ambulātes dei cultores neſciſſent
profecto pfecte & plene:quo pedē operationis dirigere debuiſ-
ſent. ¶Secūda cauſa eſt. vt puriſſima virgo poſt filij ſui aſcen- 2
ſum ad tēpus demorata cū apoſtolis: eos plenius de verbi in-
carnati myſterio edoceret/ de quo perfectius erat per ſpiritū ſan
Hierony-mus. ctū inſtructa/& rerū experimento clarius ōnia norat. Quod eni
melius nouim⁹(inquit Hieronym⁹) melius & proferimus. Erāt
quidē apoſtoli: in totū terrarū orbē euangeliū & annūciationē
nouæ ſalutis delaturi. erant & euāgeliſtæ:acta Chriſti/cōceptū/
natiuitatē & cōuerſationē in terris deſcripturi/tanꝗ ſcribæ cœle
ſtes a deo electi. Quocirca cōgruū fuit & expediēs: eos a ſacra-
tiſſima dei matre(quæ ſecretorū diuinorū ſup mortales ōnes cō
ſcia: certius alijs potuit illa reuelare) edoceri/quidnā prædica-
turi eſſent mūdo/quidnā ſcripturi in euāgelio. ¶Verū obijcies/
apoſtolos hæc diuina diſpēſationis ſuſceptę carnis myſteria ple
ne cognouiſſe per ſpiritus ſancti ſuſceptionē in die pentecoſtes;

neq; ampliori magiſterio beatæ virginis ipſos idiguiſſe. Sed no ſcere debes/ vbi lumini lumē alterū accedit: maiorē emicare claritatē/ q̄ ſi vnico lumine locus foret pfuſus. Ita cū illuminationi ſpiritus ſancti adiecta eſt in apoſtolis & euangeliſtis viuæ vocis ſacratiſſimæ virginis energia & virtus/ edocentis arcana illa & cunctis inaudita ſæculis myſteria in ſeipſa pacta: longe clarior fuit in eis diuinorū operū cognitio. Et quis illud abſurdū putauerit: ſi dicatur ipſa beata virgo in die pentecoſtes cū diſcipulis Chriſti ampliori donata & nouo ſpiritus ſancti chariſmate/ q̄uis antea eſſet gratia plena/ vt hoc nouo & recenti dono noſſet explicare fidelibus Chriſti/ quantū expediebat eccleſiæ: noſtræ fidei ſacramēta, quæ in virginea eius mēte erāt ineffabiliter atq; ineloquibiliter recondita: ſed dante gratiā ſpiritu ſancto/ effabilia atq; eloquibilia facta ſunt/ quia longe inferius q̄ intus nouit/ ea cæteris deprompſit atq; explicuit. Quinimo mult‹o›rū ſentētia (quā nequaq̄ improbandā cenſeo) in ipſo die pētecoſtes beata virgo MARIA (ſicut & apoſtoli) recepit donū linguarū. cum ſcriptū ſit de ipſo ſpiritu: q; in forma linguarū apparēs/ ſedit ſupra ſingulos eorū qui aderāt. affuit autē tūc & ſacratiſſima virgo. Neq; illud in ea donū: ſupuacuū fuit aut ocioſum. Nā q̄uis nō credatur ipſa publice ānūciaſſe in cōtione populi euāgeliū: tamē cū multis diuerſarū nationū ad eā certatim cōfluētibus cōmunicauit de verbo vitę æternæ. ad quā ſane cōmunicationē: notio linguarū erat illi accōmoda & couenieus. ¶Demū tertia Actu. 2.

3 cauſa aſſignari ſolet/ cur beata virgo poſt filiū ſuum in cœlos reuerſum hic aliquātiſp permanſerit: vt exinde fides noſtra magis corroboraret̄ atq; ſolidaret. Magnū ſiquidē erat veritatis teſtimoniū/ ap̄lis ānūciātib9 mūdo/ filiū dei humanā carnē ex virgine ſuſcepiſſe pro redēptiōe noſtra: adhuc matrē eius ſupeſſe ī terris/ & diuerſari ī locis illis Iudeę ī quib9 pfecta ſūt noſtrę reparatiōis myſteria. Nec dubiū eſt multos fideles pio fuiſſe ſuccēſos deſyderio: ipſā dei matrē ī carne vidēdi/ eāq; cū magna veneratione iuiſiſſe. Si eni ad Titū Liuiū lacteo eloquētiæ fonte manantē/ quidā de extremis Hiſpaniarū finibus (quēadmodū ſcribit Hieronym9 ad Paulinū) venerūt: vt eū quē nomine tantū cognouerant/ etiam coram viderent. Si regina Saba venit perēnſo longo itinere in Iudæam: vt audiret ſapientiam Salomonis/ & videret magnificentiā regni eius. Si deniq; Paulus (vt ipſe ad Galatas teſtatur) venit Hieroſolymam videre Petrum & manſit apud eum diebus quidecim: quanto putas flagrarunt amore pręclari illius tempeſtatis viri / conſpiciendæ ſingularis illius virginis/ quę deum hominemq; terris protulit. cum quanta eandem veneratione viſitarunt: videruntq; in ea relucentē quandam cœleſtis gratiæ claritatem. vt quęcūq; magnifica/ pręclara & pręcipua de ip̄a audierant: vel ex ipſa diuini 3. Reg. 10. Gala. 1.

propemodũ vultus ſpecie legerint/& vera eſſe perceperint. Magna plane diebus illis putabatur fœlicitas: ipſam dei matrẽ vidiſſe in carne/filio eius in cœlũ reuerſo ſuperſtitẽ/ eandẽ cõpellaſſe/& alternas audiſſe & reddidiſſe ei voces: quoad tã precioſus in terris theſaurus relictus eſt.

¶Quæ erant quotidianæ beatæ MARIAE virginis occupationes: poſt aſcenſionem domini in cœlum. Cap. II.

SI vero quiſpiã percõtetur/quidnã egit ſacratiſſima virgo poſt reditũ filij eiꝰ ĩ cœlos vſqȝ ad tẽpus emigrationis eius a ſęculo: õnibus id cõſpicuũ reor/nichil de eius viuendi genere/quanã ſcilicet ratione reliquũ vitę poſt triũphalẽ Chriſti aſcenſionẽ tranſegerit / ex ſacris litteris deſumi poſſe: niſi idipm quod

Actu. I. in actis apoſtolicis de Chriſti diſcipulis legitatur/ ꝙ erant perſeuerãtes in oratione cũ mulieribus & MARIA matre IHESV. Ex quo quidẽ loco id colligitur: ꝙ ipſa inter apoſtolos & diſcipulos Chriſti cũ omni humilitate & ſanctimonia verſabaẽ/orationi iugiter intenta. Quod & ſacer Hieronymus in ſermone de aſſumptione glorioſę virginis cõteſtaẽ:

Hieronymus. dicẽs. Cęterũ ad exemplũ humanæ vitæ/conuerſatio ſacroſanctæ virginis poſt aſcenſionẽ dñi generaliter cum apoſtolis fuit: quouſqȝ diſpergũtur. Ecce IHESV aſcendente/cũ quibus virgo vacat in ſchola virtutũ/& meditatur in lege mandatorum dei: vt et ipſa forma ſit diſciplinę Chriſti/& exemplum perfectionis hominibus. Conuerſatur quidẽ cum teſtibus ſanctæ reſurrectionis: & ipſa teſtis. Cõuerſatur cũ ſenatoribus cœli intra curiã paradiſi: ſub ſpiritus ſancti diſciplina/ & magiſterio diuinę maieſtatis. Inuenitur prima beata MARIA iter primos ſummi regis cohęredes: quorũ vita nõ erat iam de terris/in quibus Chriſtus prælibatur/ſed de cœlis. Non itaqȝ eximius ille chorus ſanctorum apoſtolorũ eam deſeruit: inter quos poſt aſcenſionẽ intrãs & exiens/familiarius contulit de Chriſti incarnatione. tanto ſiquidem verius: quanto ab initio plenius per ſpiritũ ſanctũ cuncta didicerat/& perſpexerat oculis vniuerſa. licet & apoſtoli per eundẽ ſpiritũ õnia cognouerũt: & in omnẽ edocti peruenerunt veritatẽ. Quã ſane beatã virginẽ etſi õnes venerati ſunt diſcipuli/eiqȝ famulabãtur affectu dilectionis: Ioãnes tamẽ amplius & ſpecialius/vſqȝ ad finẽ vitæ. qui ſibi cõmiſſam accepit in ſuam/ quaſi matrẽ filius: vt virgo virgini cohæreret/& deſeruiret officioſiſſime cura adoptionis. Hæc Hieronymus. Porro ꝙ ſacrata dei mater inter ſpiritualia exercitia ſua & illud habuerit: conferre ſcilicet cum apoſtolis de incarnationis dominicæ ſacramentis/& pluſqȝ humanis Chriſti operibus/quo perfectius & certius ſancti apoſtoli illa toti mundo annunciarent: compro

bat etiam exactiſſimus ſcripturarũ explanator Beda exponens illud Lucę ſecũdo capite dictũ. MARIA autẽ cõſeruabat õnia verba hęc: cõferens in corde ſuo. MARIA (inquit) virginalis pudicitiæ iura cuſtodiens: ſecreta Chriſti quæ nouerat/ nemini diuulgare volebat. ſed ipſum tempus/ quãdo & quomodo vellet deus hæc diuulgari: reuerenter expectabat. Ipſa autẽ/ ſecreta eadem ore tacito/ vigili tamen corde: ſedula ſcrutabatur. Cõferebat quippe ea quæ acta circa ſe videbat: iis quæ agẽda in ſcripturis legerat. Idem quoq; cõſimilẽ declarans euangeliſtæ ſententiã/ eodẽ Lucę capite repetitã: inquit. Omnia quę de domino vel a domino dicta vel acta cognouerat mater virgo: diligẽtius in corde retinebat/ ſolicite cuncta memoriæ cõmendabat. vt cũ demũ tempus prædicãdę ſiue ſcribendę incarnationis eius aduenirct: ſufficienter vniuerſa (prout eſſent geſta) poſſet explicare quęrentibus. Hæc Beda. Quia igitur id tempus/ exprome ndi ſcilicet quę apud ſe recondita fuerant/ tunc aduenerat/ cum Chriſtus iam hinc abierat: apoſtolis & euãgeliſtis altiſſima incarnatiõis/ natiuitatis/ & puerilis ęui/ dilecti filij ſui reſerauit myſteria: quæ deinde in omnẽ terrã prędicando & ſcribendo promulgarẽtur. Et reuera ipſa vt fons copioſe ſcaturiens/ & pro ſuo captu/ diuinæ ſapientię pelago impletus: ſuæ plenitudinis fluẽta in riuos illos ſpirituales (apoſtolos dico & euãgeliſtas) deriuauit. quorũ aſpergine/ totus deinceps orbis irrigatus eſt: & mira fœcũditate multiplicẽ fidei/ bonorũq; operũ ædidit fructum. Iure igitur tam ſanctæ virgini coaptatur illa Eccleſiaſtici ſentẽtia. Ego ſapientia effudi flumina: & quaſi trames aquæ imenſæ de fluuio. Ego quaſi fluui9 Dorix: & ſicut aquę ductus exiui de paradiſo. Dixi/ rigabo hortum plantationũ: & iebriabo partus mei fructum. Rigauit enĩ cœleſti verborũ ſuorũ rore/ apoſtolorum pectora: & diuinã ebrietatẽ fructuoſumq; partũ illis contulit. O magnã tantę virginis excellentiã: quæ electorũ ſummi regis pręconũ magiſtra fuit/ et euangeliſtarũ doctrix. ¶ Nec minus fluxorũ huius mundi bonorum cõtemptrix eximia virgo/ omniaq; pro nichilo ducens quę decidua ſunt: ardẽtiſſimo dei/ ęternorũq; bonorũ exęſtuabat amore/ q̃diu hic poſt filiũ manſit ſuperſtes. illoq; vno vt quotidiano paſcebatur alimento: cupiens cum apoſtolo diſſolui/ & eſſe cum Chriſto. nam tota eius conuerſatio in cœlis erat. Quod luculenter etiam Hieronymus in ſermone de aſſumptione glorioſę virginis atteſtatur: dicens. Puto ꝙ quicquid cordis eſt/ quicquid mentis/ quicquid virtutis humanæ/ ſi totũ adhibeas/ nõ ſufficit vt cogitare valeas: quanto aſſidue cremabatur intemerata virgo ardore pij amoris/ quãtis mouebatur repleta ſpiritu ſancto/ ſecretorum cœleſtiũ incitamẽtis. Nouis enĩ quotidie inflãmabatur deſyderiorũ affectibus/

[Margin notes: Lucę. 2. — Beda. — Ecci. 24. — Philip. 1. — Hieronymus.]

tanto ſiquidē validius: quanto frequētius diuinis intus illuſtra-
batur viſitatiōibus. Nēpe ipſam totā repleuerat ſpiritus ſancti
gratia: totā incēderat diuinꝰ amor. ita vt in ea nichil eſſet quod
mūdanus violaret affectus: ſed ardor cōtinuus & ebrietas profu-
ſi amoris. Nam etſi Chriſtus eſt ab oībus amandus toto corde/
et ex tota anima totaq; virtute quęrendus: longe tamen ab ea
ardentius amatus & quęſitus eſt/cuius & dñs erat & filius. For-
taſſis ergo prę nimio amore/in loco quo ſepultus fuerat Chri-
ſtus/interdū eā habitaſſe credimus: quatenus pijs paſceret in-
ternus amor obtutibus. Sic nāq; locus medius eſt hinc inde cō-
ſtitutus: vt adire poſſis aſcenſionis eius veſtigia & locū ſepultu-
rę eius & reſurrectionis/ſeu ōnia in quibus paſſus eſt loca inui-
ſere. Hoc quippe habet ipatiēs amor: vt quē deſyderat/ſēper in-
uenire ſe credat. Ignorat ſiquidē iudiciū/ratiōe ſępenūero caret/
modū neſcit: nec aliud cogitare poteſt q̄ quod diligit. Amor nō
accipit de ipoſſibilitate ſolatiū: nec de difficultate remediū. Quis
enī tam ſancta virgo iam carnē perteſa/in ſpiritu eſſet: tamē dū
in carne vixit/carneis mouebatur ſenſibus. & ideo perſępe lo-
corū recreabatur viſitationibus: in quibus humanę redemptio-
nis pacta ſunt myſteria. & quē genuerat: mētis aſtringebat am-
plexibus. Deniq; flagrātiſſimus amor Chriſti in ſacro virginis
pectore ſuccēſus: deſyderiū pariebat. deſyderiū vero gliſcēs qua-
ſi nouis quotidie reparabat ardoribus: intantū vt credā nōnūq̄
q̄ ōnia etiā et ſemetipſā tranſcēderit. hęc Hieronymꝰ. Verū ipſa
adeo vehemēti amore languēs: tandē inuenit quē tantope dile-
xit. nunc tenet eū indiſſolubili ſocietatis nexu: nec vnq̄ dimittet
eum. quoniā nūq̄ a ſuo dilecto filio diuelletur: ad quem demum
glorioſa conſcendit.

¶Q̄ beata virgo poſt filij ſui aſcenſionē: cōtēplatiuę vitę po-
tius q̄ actiuę fuit intenta/addicta & dedita. Cap. III.

CVM autē duplex aſſignetur eorū qui viā ſalutis
Lucę.10. ambulant vita: vtpote actiua/ cū Martha circa
frequens miniſterium occupata: & ſatagēs circa
virtutū officia alijs ipendēda. & cōtēplatiua/cū
Maria Magdalena ſedens ſecus pedes dñi: & in
tranquillitate animi audiēs verbū illius / vtrāq;
earū ſacratiſſima virgo pfecte geſſit/& amplexa
ta eſt. quādoquidē ōnes pfectionū gradus & ra-
tiones ſparſim in alijs collocatas: ipſa in ſe abſolutiſſime cōſtri-
xit ac collegit. Actiuā quidē vitā exercuit/cū gubernādę rei do-
meſticę ſolicita: circa educationē dulciſſimi filij ſui prouidā cu-
Matth.2. ram geſſit/cū eo in ægyptū ſeceſſit/deinde in ſolū natale redijt/
& quęcūq; illius in ętate infantili ac puerili cōcernebāt nutrica-
tionē: ſedula ſolicitudinę ac prouidētia materna curabat. Con-

templatiuã vero etiã tũ exercuit: cũ cõſeruabat õnia verba quæ de puero I H E S V dicebantur/cõferens ea in corde ſuo. cũ aſſiduo fere cõſectatu/ filij ſui iam annũciantis mũdo euangeliũ regni cũ pijs alijs mulierib9 comitabatᷣ veſtigia/audiebat verbũ dei & cuſtodiebat illud. cũ itẽ miracula quæ a filio diuia virtute videbat aut audiebat peragi: mira cordis dulcedine & exultatione ſpiritus in deo ſalutari ſuo/repetebat animo atqꝫ reuoluebat. At vero poſt diſceſſum & abitionẽ filij ſui ab hoc mũdo/potius cõtẽplatiuæ vitę partes ſectata eſt & officiũ: vt liberio

1 re animo eã pręguſtaret/quę ꝑpetuo illi eſt duratura. Quid enĩ perſeuerãtia illa iugis ſacratiſſimę virginis in oratione/aliud erat: q̃ contẽplatiuæ vitę munus/quã adeo ſtudioſe exercuit/vt ſiquos ſanctorũ oratione feruẽtes legeris fuiſſe: hanc intelligas longe maiori inter orandũ incaluiſſe feruore/qui ſereniſſimum ipſius animũ deo vnice & ſtrictius cõiungebat/vnũqꝫ cũ eo efficiebat ſpiritũ. An putas ſyncęris tam ſanctę virginis ad deũ orationibus defuiſſe inenarrabilẽ ſpiritus dulcedinẽ & profuſas lachrymas: ex anima/dilecti ſui amore liquefacta vberti manantes/cũ vtrũqꝫ illorũ: pleriſqꝫ ſanctis indultũ fuiſſe dinoſcamus.

2 Sed & aſſidua eiuſdẽ ſacratiſſimę virginis cõtemplatio / qua in lege dñi meditabatᷣ die ac nocte: nimirũ ad vitæ cõtẽplatiuę attinebat officiũ. Quę adeo cõtinua in ea fuiſſe traditur/pręſertim poſt filij ſui in cœlos reditũ/vbi iam tota vacabat deo/ſpiritu ſemp in cœlũ intẽta: vt per corporales actiones ad degendã hãc vitã ſenſibilẽ neceſſarias/nequaq̃ tradatur in ea diuinorũ meditatio extitiſſe interrupta. eratqꝫ acies pſpicaciſſima mentis eius/ deo ſemp infixa: vt oculus ꝑpetuo vigil ac apertus/in ſolẽ iu

3 giter intẽtus/& iubar illius indeficiẽter hauriẽs. Preterea reſeratio diuinorũ myſteriorũ apoſtolis per eã (vt dictũ eſt) facta: ad cõtẽplatiuę itidẽ vitæ ſpectabat opus. quãdo cũ magna veneratione & reuerẽtia attẽtis/& pendẽtibus ex eius ediſſerẽtis ore diſcipulis/ſacra deprompſit verba/audientiũ mẽtes illuminãtia/& inflãmantia animos diuini amoris igne. Quanto putas ardore ſuſpirabãt ad cœleſtia fideles/qui ex virgineo eius ore manãtia verba tunc audiebãt: quæ tanq̃ ſagittæ acutę penetrabant eorũ

4 corda/& ſuauiſſimo diuini amoris igne ſuccendebant. An ne & illud theoricæ / ſpeculatiuæqꝫ vite erat opus beatæ virginis: quod in pręcedenti capite ex Hieronymo eſt adductũ/quo ſolita eſt cum hic degeret nonnũq̃ ſancta inuiſere loca: in quibus dilectus filius eius aliquod mirabile peregerat opus noſtræ redemptionis/& inibi contemplari ſacra illa myſteria. Aliquando quidem in Nazareth ſe conceſſit / vbi Chriſtus fuit conceptus: conſyderando immenſam dei charitatem / qua miſit filium ſuum in mundum pro redemptione noſtra. Interdum pro

fecta creditur in Bethleem / vbi natus eſt Chriſtus: meditan-
do eius ſummā humilitatem in extrema paupertate ſpectabilē.
Quandoq; ſe contulit in Hieruſalem vbi dominus noſter prędi-
cauerat populo in templo: recordando eius doctrinā ſuauiſſimā
& diuinā ſapientiā. Nonnūq̄ petiuit montem Caluariæ/ vbi cru
cifixus fuerat domin9 glorię: & tota reſoluebatur in lachrymas
ex dulcedine diuini amoris ibidem nobis oſtenſi/ & amariſſimę
paſſionis filij ſui ex loci ſpectaculo renouata recordatione. Inde
ad ſepulchrū eius iuit/ & alia loca ſacra: mirificis filij ſui operi-
bus & ſignis nobilitata/ illuſtrata/ & ſanctificata. Erant eni illa
piæ mentis & omnino ſuccenſæ deo ſolatia: quibus filium ſuum
dilectum tanq̄ adhuc terris præſentē/ quæritare & comitari vi-
Ambroſius ſa eſt. Si tamen Ambroſio credimus / hæc ſacrorū locorū a ſa-
croſancta virgine frequentatio: magis intelligenda eſt ſecundū
ſpiritū q̄ ſecundum loci decurſum fuiſſe facta, quia ſcilicet domi
manens/ cōtemplabatur animo ſacra myſteria & opera: quæ fi-
lius in hoc loco/ & illo peregerat. & hoc pacto tota in deum cō-
uerſa & intenta: nichil prorſus mente verſabat/ niſi quod dei eſ
ſet. Erat eni ipſa ſolitudinis appetens/ & clauſa potius cubiculo
manere ſtuduit: q̄ frequenter verſari in publico / & per compita
curſitare. Siue tamen hoc/ ſiue illud egerit(nam vtrūq;: viciſſim
pręſtare potuit) clarum eſt/ ipſam a cōtemplationis aſſiduę offi-
cio neutiq̄ diſceſſiſſe. ¶ Deniq; ardētiſſimū ſacratæ virginis de- 5
ſyderiū/ quo expetiuit finito huius vitę incolatu/ cū filio ſuo di-
lecto inſeparabiliter vniri: ad cōtemplatiuæ etiam vitæ attinet
munia. Cū eni oībus in locis/ noſtræ redēptiōis ſingulari aliquo
opere inſignitis/ quęſiſſet eum quē diligebat anima ſua: & tan-
dē aut greſſu corporis/ aut pedibus pij affectus/ veniſſet ad mon
tem Oliueti/ vnde filiū viderat cū magnificentia & gloria cœ-
los aſcendentē: nōne tota ad filiū ſuſpirans/ hæc aut ſimilia cre-
dēda eſt oraſſe? Quęſiui te o fili dulciſſime vbi cōceptus es / vbi
natus: in templo præſentatus/ & poſt triduū inuentus. Queſiui
rurſum vbi verba vitæ æternæ annunciaſti populo: vbi crucifi-
xus es/ & ſepultus. nunc ad eum deueni locum: vnde relictis
terris cœlos petiſti. Non ſupereſt locus in terris/ vbi te quęram:
quia hinc ad dextrā patris tui cōſcendiſti. Iube igitur me ad te
ſubleuari: vt in dextra patris te conſidentē videam in gloria/ &
perficiam tuæ cōſumationis curſum. quoniā durū michi eſt: hic
diutius ſine te viuere. Abſtuliſti cor meum & rapuiſti poſt te: &
ideo tota hæc vita michi acerba & amara videtur. Si fuit ante
neceſſariū: me poſt te manere ad ſalutē fideliū/ & id michi non
ingratū hactenus fuit neq; inuiſum: nūc tamē opus illud exple-
tū eſt. non eſt āplius mea præſentia huic mundo(vt prius) ne-
ceſſaria. Fac igitur expleto pręſentis vitæ curſu: ad te demū ve-

nlam. Dixiſti O dilectiſſime fili eam tibi eſſe volũtatem : vt vbi tu ſis/illic ſit & miniſter tuus. Si miniſter tuus tecum eſſe debet: nonne & mater tua & ancilla tua? Oraſti pro diſcipulis tuis patrem: vt vbi tu es/illic et ipſi ſint. nonne igitur rectæ rationi conſonum: vt vbi tu ipſe filius es/illic & mater tua ſit? Quod miniſtris conceſſiſti beneficium: non deneges obſecro matri. quod diſcipulis item tuis impendi expetiſti: tuæ rogo parenti nõ abneges/cui ſemper fuiſti benignus & officioſus. Inquietũ eſt enĩ cor meũ: donec veniat ad te. ¶ Certe haud dubium eſt/tam ſanctam virginem aſſiduis precibus & votis expetiſſe huius vitæ mortalis diſſolutionem: vt euolaret ad alteram melioris ſortis et conditionis vitam perpetuo agendam. Enimuero ſi Paulus in quo Chriſtus viuebat & loquebatur/ cupijt diſſolui et eſſe cum Chriſto: vt futuræ gloriæ(quam interna dulcedine præguſtarat) reuelationem perciperet. Si propheta pſalmigraphus hanc pertęſus vitam: ęgre tulit tantam in ea moram/ dicens. Hei mihi: quia incolatus meus prolongatus eſt. Et rurſum deſyderij ſui ad deum videndum/ magnitudinem & ardorem explicans: alio loco dicit. Quemadmodũ deſyderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſyderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum/ fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei? Nonne ſacratiſſima virgo maiore exuberãs ſancti ſpiritus dulcedine/ et profuſius inebriata interno ſuauitatis futuræ vitę prægustamento: ardentius exęſtuauit deſyderio cœleſtis & perpetuæ gloriæ? cum ſecundum Bernardum/ quicquid alijs ſãctis muneris & gratiæ legimus eſſe indultum: id ſacroſanctę virgini copioſius non dubitare debeamus eſſe pręſtitum. Sane & ipſa diuino ebria amore/ cœleſtes ipſas et angelicas ſuis precibus ſollicitauit ſubſtantias: vt filio ſuo cordis eius vota ſignificarent/ dicens in canticis. Filię Hieruſalem/ nunciate dilecto meo: quia amore langueo. nec languor iſte ſanari vnq̃ poterit: niſi me trahat poſt ſe/ & curram in odorem vnguentorum ſuorum. Quæſiui dilectum meum in huius vitæ exilio: & non inueni. Circuiui ciuitatem per vicos & plateas / quæſiui quem dilexit anima mea : quæſiui illum & non inueni. Num quem diligit anima mea vidiſtis? Adiuro vos rurſum filiæ Hieruſalem: ſi inueneritis dilectum meum / vt nuncietis ei quia amore langueo. O fœlix ſacroſanctæ virginis languor: non corpus morbo deprimens / ſed ſpiritum ſupra corpus ſuſtollens.

Ioan. 12. Ioan. 17. 2. Corin. 13 Philip. 1. Pſal. 119. Pſal. 41. Bernardus Cantic. 5. Cantic. 1. Cantic. 5.

¶ Beatam virginem diuino indultu angelicaq; denũciatione: præcognouiſſe diem ſuę emigrationis. CAP. IIII.

SEd quoniam nemo vnq̄ inuocauit deum qui
exauditus non fuerit/tametſi ad ampliorē ſa-
lutis fructum interdum differatur beneficij po
ſtulati exhibitio: annuit tandem orationibus
& ſuſpirijs ſacroſanctę matris ſuæ deus omni-
potens/cœleſtemq; miſit nuncium/qui ſuę ob-
dormitionis diem in forIbus adeſſe inſtareq; ſi
gnificaret. Enimuero id pie credēdū autumāt 1
ſancti patres/ſacratiſſimā dei matrem exitus ſui e carne diē cer-
to præcognouiſſe:& miſſo ad eā cœlitus angelo/eūdē haud du-
bie ante intellexiſſe. Non enim deiparæ virgini denegandū id
erat priuilegium: quod pleriſq; ſeruis longe inferiore ſanctitatis
gradu conſtitutis/eſt diuinitus indultū. Atqui nōnulli ſanctorū
patrū ſuæ reſolutionis diē reuelatione diuina preſciuerūt: vt bea
2. Pe. 1. tus Petrus/ita ad fratres ſcribēs. Certus ſum(inquit)q̄ velox eſt
depoſitio tabernaculi mei:ſcdm q̄ et domin⁹ noſter IHESVS
2. Timo. 4. Chriſt⁹ ſignificauit michi. Sāctus itē Paulus ad Timotheū ſcri
bit. Ego eni iā delibor:& tēpus reſolutionis meæ inſtat. Deniq;
ſanctus Martinus(vt refert de eo Sulpitius) obitū ſuū lōge an-
te præſciuit: qui et diſcipulos in vnū congregauit/atq; ſui diſſo-
lutionē imminere prædixit. Igitur & ſacratę deo virgini/pręno
tio diei ſui tranſitus eſt ſingulariter conceſſa. At vero illa domi-
Matth. 25. ni noſtri admonitoria ſententia. vigilate: quia neſcitis diē neq;
Lucę. 12 horā/et rurſum. vigilate: quia neſcitis qua hora filius hominis
venturus eſt/ nobis cōmuni lege aſtrictis dicta eſt. quibus dies
1. Theſſa. 5 domini ſicut fur ita in nocte veniet:& incertus eſt mortis aduē-
tus. vt ad illū parati ſemper viuamus:& cū trepidatione/timo-
re/et iugi horæ illius expectatione/noſtram ſalutem operemur.
Matth. 24 ne perſimiles habeamur illi ſeruo nequā: qui dicit in corde ſuo.
morā facit dn̄s meus venire. & hac lōgioris vitę ſpe fretus: per-
cutit ſeruos & ancillas/bibitq; & inebriatur. nā veniet dominus
illius in die qua non ſperat: inopinata illum et ſubitaria morte
opprimens. & diuidet eū: animā infœlicem eius a corpore diuel
lens. & partē ſuā cū infidelib⁹ ponet: perpetuis illum ſupplicijs
cū dęmonibus et reprobis addicēs. Nos plane terrere debet: qd̄
Eccēs. 9. dicit Eccleſiaſtes. Neſcit homo finē ſuū. ſed ſicut piſces capiunt
hamo/& aues laqueo cōpræhenduntur: ſic capiuntur homines
Beda. in tēpore malo/cū eis extēplo ſuperuenerit. Nos itidē ad aſſiduā
mortis expectationem debet iducere: quod ait Beda ſuper Mat
theū. Certū eſt(inquit)O homo: q̄ morieris. incertū eſt autē:
quando/aut quomodo/aut vbi/quia vbiq; te mors expectat. tu
quoq; ſi ſapiens fueris: vbiq; eā parat⁹ expectabis. Quocirca nō
eſt nimiū habēda fides iis iſcriptionibus aſſertorijs/ quę præfi-
guntur nōnullis orationibus ad ſanctā dei matrē aut deū/ab in-

certo authore pro arbitrio cōpoſitis: deſignātibus quicunq; illas orationes legerit/reuelatione diuina aut beatę virginis certior reddetur diei ſuæ mortis. aut quod illi MARIA virgo tertio/ aut ſeptimo die aut quouis alio ante mortem apparebit: denunciatura illi futurū ſuū tranſitū. quādoquidē huiuſmodi aſſertio/ nullo authoritatis robore nixa/euangelicę præiudicat ſentētiæ: dicenti nos paratos eſſe debere/ quia neſcimus diē vocationis noſtrę/ neq; horā. Inſuper eadē præſtare facile poteſt cōfidētiā/ audaciāq; perperā agēdi viuēdiq; licētius: cū perſuaſionē inducat/ diē et horā mortis certo præcognoſcendā/ et deinde faciendā pœnitentiā. Proinde incautos facile redderet hæc vana credulitas homines/ et de cogitādo vitæ ſuæ exitu minus ſolicitos: cū crederent ſe hinc nō exituros/ niſi prænunciato mortis aduētu. Et fortaſſe hic dæmonis eſt laqueus & muſcipula: callide parata / vt nimiū credulos homines inopina morte & repentina intercipiat. cū fidentes plus æquo his vanis promiſſionibus reuelandæ ſui tranſitus ex hac vita horæ: impræmeditato & ſubitaneo plerūq; occaſu corripi cōſpiciantur. Cum itaq; oramus/ in ipſo mortis agone beatæ virginis faciē nobis oſtendi: intelligamus nos idipſum petere/ quod ſuū nobis auxiliū in duriſſimo illo agone benigniter ipendat. quo ſe quodā modo pręſentem/ et faciē oſtentantē exhibeat. Ita cū oramus ſacroſanctā virginē/ quod diē et horā noſtri obitus nobis annunciet: id eo accipiamus ſēſu noſipſos expetere/ quod ab inopinata et iprouiſa morte nos ſuis precibus eripi poſtulet. quoniā cū præuiſa & certis argumentis ante cognita nos mors occupat: tunc annūciatus nobis fere dies/ et exitus noſtri hora eſt. Et hęc intelligētia: neq; pietati fidei neq; cautioni proprię ſalutis habendę officiet. ¶ Aliud itidem ī
2 hac fœlici ſacrę virginis emigratione pręclarum fuit/ & inſigne ornamentū: quod apoſtolos et alios tunc ſanctitate pſtantes viros/ illi affuiſſe (vt petierat) addubitandum non eſt. quandoquidem teſtis huius locupletiſſimus habetur ſacer Dionyſius: in libro de diuinis nominibus capite tertio/ hęc ad Timotheū verba faciens. Namq; & apud ipſos diuino ſpiritu plenos pontifices noſtros: cum & nos (vt noſti) & pleriq; ex ſanctis fratribus noſtris/ ad contuendum corpus illud: quod authorem vitę deumq; ceperat / conueniſſemus. Aderat autem & frater domini Iacobus: & Petrus ſupremum decus/ & antiquiſſimum theologicorum columen. Vbi poſt conſultum placuit: vt infinite potentem diuinę infirmitatis bonitatem/ pontifices laudarent omnes /quiſq; pro ſuo captu. Vbi diuino ſpiritu repletos pontifices: appellat beatiſſimus pater apoſtolos / qui ſacroſanctę virginis obdormitioni interfuerunt. Interfuit et Timotheus et ipſe ſacer Dionyſius: vt de ſeipſo teſtatur/ et multi

Matth. 25.

Dionyſius

ſanctorum fratrum. qui a ſpiritu repente/ vbiuis gentium eſ-
ſent/collecti:ilico in nube ad virginales exequias perducti ſũt.
Neq; illud quiſq; tanq̃ abſurdum aut incredibile reijciat. Nam ſi
Actu. 8. Philippus euangeliſta legitur in actis apoſtolorum a ſpiritu ra-
ptus:repente ſublatus fuiſſe ab aſpectu eunuchi reginę Canda-
cis/& inuentus in Azoto. ſi Abacuc propheta ab angelo tranſla
Danie. 14. tus eſt a Iudęa in Babylonem ad Danielem miſſum in lacũ leo-
num:& confeſtim in ſuę habitationis locum reſtitutus. quis id
factu difficile credat aut impoſſibile deo:ſanctos(vbicũq; terra-
rum eſſent)viros repentino turbine & vi ſpiritus colligere ad fœ
licem beatæ virginis tranſitum? Vbi ſacrum illud corpus/quod
vitæ principem deumq; ſuſceperat:contuiti ſunt. & de immorta
li deiparę virginis gloria gaudentes:contriſtati ſunt admodum
de ſeparatione atq; diſceſſu illius ab eorum conſortio/ quibus
ipſa quoad vixit magnum præſtitit ſolamen. Haud ſecus atq;
Ioan. 16. diſcipuli de abitione Chriſti cum cœlos repeteret: ſupra modũ
Lucę. 24. contriſtati ſunt. At quemadmodũ is abiturus in cœlum/benedi
xit diſcipulis ſuis: ita & hæc ſancta virgo poſt cõmendatas apo-
ſtolis & ſanctitate conſpicuis viris/ ſui corporis exequias & ſe-
pulturam/benedictionem ſuam extremam illis dediſſe creden-
da eſt:cum admirabili ſuauitate ſpiritus/ & ſyncæriore amoris
affectu. ¶ Porro hoc ſacroſanctæ virginis exemplo edocemur:
cum mortis imminet hora/bonos & vitę integritate commen-
datos viros accerſere/aduocareq; ad tranſitum noſtrum ex hoc
mundo. vt ſalutaribus eorum monitis in duro illo agone cõfor-
temur amplius/ pijs ipſorum hortationibus inducamur ad ea
ſola quæ dei ſunt tunc cogitãda:& eorum precibus adiuuemur
ad machinamenta dęmonum ſuperanda/acreſq; vincẽdos eo-
Iaco. 5. rum inſultus. Sane admonet nos illud beatus Iacobus dicens.
Infirmatur quis in vobis: inducat preſbyteros eccleſiæ & orent
ſuper eum/vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fi-
dei ſaluabit infirmum/ & alleuiabit eum dominus: et ſi in pec-
catis ſit/remittentur ei. Quid obſecro iam extrema trahenti ſu
ſpiria viro: ad ſalutem animę conducit præſens vxor eiulans/et
moribundi dolorem exaggerans? quid lamentantes circum pa-
trem iam pręmortuum filij/dabũt ſacrę monitionis: aut lachry
mis offuſa familia? Quid item conferunt morientis ſtratum cir-
cunſtantes ij: cum quibus vita prius in delicijs huius mundi
acta eſt/aut conſortium mala perpetrandi habitum? qui ſua p̃-
ſentia potius in mentem reuocant anteacta ſcelera: q̃ ſalutiferũ
quippiam depromant/aut animę conducibile. Sane cum ea ſit
hora/ quando ex hoc mundo tranſeundum eſt: qua maxima
omnium neceſſitas homini ingruat/neq; vnq̃ aliquis vitæ caſ9
tantam attulit anguſtiam/quanta tunc inſtat: ſubmouendi ſũt

omnes/qui poſſent ſalutem animæ ipſiꝰ morituri quoquo pacto remorari aut impedire/nam non eſt illorum tunc vtile aut opor tunum officium. et ij ſoli admittendi: qui bonam agunt vitam/ qui ſpiritu feruent/& gratiam exhortationis habent. quorū pre= cibus/ anima ex hoc mundo tranſitura: deo enixius commen= detur. quorum adhortationibus: infirmus/ in fide & patiētia ro boretur. Nempe ij ſoli ſunt amici: qui in eo anguſtię et preſſu= rę tempore officium pręſtare poſſunt/et tempeſtiuam opē ferre.

¶Angelicos ſpiritus: virginali emigrationi pręſentes fuiſſe. ma lignos vero: nequaq̄. CAP. V.

3 ANgelicos itidem & cœleſtes ſpiritus(vt multis & inſignibus priuilegijs effulgere dinoſcatur virginalis ex hoc mundo tranſitus)ei quæ cœ leſtem in terris vitam duxerat hinc emigratu rę præſentes ſeſe exhibuiſſe: haud ab re exiſti= mandum eſt. Quam enim in vita frequenter viſitauerant/et familiari coluerant conſortio: credendum ne eſt ipſos in morte illam ſine vi= ſitationis officio reliquiſſe? Multis itidem ſanctorū in mortis ho ra officioſi aſtiterunt angelici ſpiritus: cum quibus in vita haud frequentem admodum habuerunt apparitione ſenſibili conſue tudinem. quis igitur dicat/hoc angelicæ viſitationis beneficiū: ſacroſanctę virgini in ipſa reſolutionis hora defuiſſe/ eſſeue ne= gatum? cum quicquid magnificum/ ſingulare/ aut pręclarum cuiq̄ ſanctorū diuinitus eſt impenſum: id ſacratiſſimę matri dei longe excellentius intelligi debet eſſe communicatum. Q uocir ca neq; cœleſte lumē/quod angelicam comitari ſolet pręſentiā/ tum defuit: noua claritate aſtantium oculos feriens. neq; ange= licę ſocietatis abſuit harmonia/dulciſonuſq; melos : & vox ſu= pernorum ſpirituum/cœleſti cantico deum laudantium. Deniq; nec ſuauis odor cœlitus aſpiratus/ibidem defuiſſe putādus eſt: & fragrantia cœleſtis ab aſtantibus percepta/ aromata omnia ſuauitate vincens. cum in aliorum ſanctorum tranſitu/ ſępenu= mero legamus: modo cœleſte refulſiſſe iubar/modo harmoniā ſuauiter auditam e cœlo/modo vero odorem ſuauiſſimum vn= diq; diffuſum. Hęc plane nō ſubticuit ſacer Hieronymus/in ſer mone de aſſumptione ſacrę virginis: ita de ea verba faciēs. Ad Hierony= cuius profecto exequias(quantum fas eſt credere)famulabātur mus. angeli: & vniuerſę cœlorum congratulabantur curię. Nec mi= rum. quia honor maternus/eius eſt qui natus eſt ex ea: quē om= nis cœlorum ordo veneratur/et adorat ſuper ſe eleuatum in ſe= de maieſtatis domini cum patre. Legimꝰ igitur perq̄ ſępe ad fu nera et ſepulturas quorumlibet ſanctorum: angelos aduenıſſe/ et exequijs eorum obſequia pręſtitiſſe/necnō et animas electo=

rum vſq; ad cœlos cum hymnis et laudib9 detuliſſe. vbi et vtri- uſq; ſexus chori commemorãtur frequenter auditi: laudeſq; ce ciniſſe. Preterea et quod perſpicacius eſt: multo nonnũq̃ lumi- ne eoſdẽ reſplenduiſſe. inſuper & adhuc viuentes in carne: ibidẽ miri odoris fragrantiam diutius perſenſiſſe. Q2 ſi ad recreandã ſpem et corroborandam fidem aſtantium/ ſaluator noſter Chri ſtus ob merita ſuorum amplius comprobanda: tanta dignatus eſt exhibere officia per ſuos cœleſtes miniſtros circa defunctos/ quanto magis credendum eſt hodierna die militiam cœlorum cum ſuis agminibus celeberrime obuiam veniſſe genitrici dei: eamq; ingenti lumine circũfulſiſſe/ & vſq; ad thronum olim ſibi etiam ante mundi conſtitutionem paratũ: cum laudibus et cã- ticis ſpiritualibus perduxiſſe. Hec Hieronymus. ¶ Accedit his 4
& aliud ſingulare huiuſce emigrationis ornamentum: q̧ ſacra virgo atras dæmonum laruas et terribiles viſu formas/ minime ſub ipſa tranſitus hora infeſtas habuerit/ aut conſpexerit vnq̃. quod quidem eam a domino poſtulaſſe & impetraſſe/ tradunt authores nõ incelebres: ne ſcilicet in dormitionis ſuæ tempore dæmonicorum ſpirituũ tetro aſpectu aut terrore agitaretur. Si-
Ioan. 14. cut enim in domino noſtro/ qui ex ea vere carnem ſumpſit: ita nec in ea princeps mundi huius habuit quicq̃. Ipſa namq; viru-
Pſal. 90. lentum ſerpentis horrendi caput peſſundedit/ & protriuit pedi- bus. Ipſa ſuper aſpidem et baſiliſcum ambulauit: & conculca- uit leonem & draconem. Quomodo igitur illi horrorem incu- tere tentaſſet/ aut in tante virginis ſubſiſtere præſentia ille ani- marum prædo: qui ab ea penitus proculcatus eſt et proſtratus
Pſal. 67. humi? Certe ſicut deficit fumus a facie venti/ et ſicut fluit ce- ra a facie ignis: ſic fugerunt nequã illi ſpiritus a facie ſacræ vir- ginis/ non ſuſtinentes eius virtutem. Rurſum vt cedũt tenebræ diurno lumini/ et lucifuge illuſtrem ſolis nõ ferunt claritatem: ita principes illi tenebrarum virgineum fulgorem/ et ſplendo- rem virtutum in ea clariſſimum perferre non potuerunt/ ſed tre pida fuga denſis ſeſe immerſere tenebris. ¶ Nobis vero diffi- ciliorem reddet exitum (niſi diuina nos benignitas reſpexerit) hac grauior infernorum ſpirituum ſub ipſam tranſitus horam

Euſebius Cremonenſis: infeſtatio: & teterrima ſpecies. qui venerabilem Euſebium Cre monenſem/ beati Hieronymi diſcipulum/ ſub tanti ducis diſci- plina regulari ſtrẽnue militantem/ iamiam moriturum: grauiſ- ſimis attonitum reddidere et perculſum moleſtijs. qui nec a ſan

Sanctus Martinus. ctiſſimi Martini (cum humane conditionis debitum perſolutu- rus eſſet) abſtinuerũt aſpectu atq; præſentia: vt ſiquid in eo ſuũ reperirent/ protinus arriperent. Verum ille itegritatis vitæ an- teacte ſibi conſcius: quid hic agis (inquit) cruenta beſtia? nichil in me funeſtum reperies: ſed me letus Abrahæ ſinus excipiet.

Si igitur Euſebium illũ qui totã ſuã vitã in monaſtica auſterita
te traſegerat: adeo infeſtarunt/ vt Hieronymianus refert obit⁹.
ſi beati Martini (qui virtutum refulſit decus eximiũ/ ſpecimẽq́
ſingulare) nõ ſũt veriti pręſentiã raptores illi/ ſemper ad prædã
parati quã abripiant: nobiſne magnopere formidandũ eſt/ q̃
in ipſa mortis anguſtia vt leones deuorare contẽdẽt animas no
ſtras/ horrẽdoq́ rugitu nos terrefacere? qui nec Euſebij ſãctimo
niã/ nec Martini nobis vendicamus excellẽtiã: ſed bibimus (vt
inquit Iob) quaſi aquã iniquitatẽ/ & p̃teritis malis noua quoti- Iob. 15.
dianaq́ ſemper aggeramus. Audiatur quæſo attentis aurib⁹ ſa
cer Gregorius in homelia euangelij. Cũ appropinquaſſet IHE Lucę. 21
SVS Hieruſalẽ: vidẽs ciuitatẽ/ fleuit ſuper illam. omnẽ illã ma-
lorũ pręnunciationẽ quę dñs ciuitati dixit ſuperuentura/ accõ
modãs myſtica expoſitione ad moleſtias animę exiturę de cor-
pore: quas paſſura eſt a ſpiritibus nequam/ tanq̃ infeſtiſſimis ho
ſtibus in ipſo tranſitu. Vbi in calce ſubiũgit. Cogitandũ valde Gregorius
eſt/ quãtũ nobis erit terribilis hora noſtræ reſolutionis: quis pa
uor mẽtis/ quanta tunc omniũ malorũ memoria/ quæ obliuio
tranſactę fœlicitatis/ quæ formido tremendi iudicis. Tũc mali-
gni ſpiritus egrediente anima: ſua opera requirũt/ tũc mala q̃
ſuaſerunt replicãt: vt ſociam ad tormẽta trahãt. Sed cur hoc de
peruerſa ſolũ anima dicimus? cũ ad electos quoſq́ egredientes
veniãt: & ſuũ in illis ſi præualeant/ aliquid requirãt. Vnus autẽ
in hominibus extitit: qui ante paſſionẽ ſuã libera voce dixit. Iã Ioan. 14.
non multa loquar vobiſcũ. venit eni princeps mundi huius: &
in me non habet quicq̃. Hęc Gregorius. Verum ſub illo vno/
domino noſtro: compræhenſa intelligi debet & cõtenta/ ſacra-
tiſſima eius mater: omnino etiã peccati expers/ vt abunde diſ-
cuſſum eſt in primo huius operis libro. ¶ Verum inquies. quod
adhibendum nobis eſt remedium/ contra huiuſmodi næquiti-
arum ſpiritualium infeſtationes? Nullũ (vt reor) potius eſt aut
pręſentius: q̃ quod beatus tradit Paulus. dum tempus habem⁹: Gala. 6.
operemur bonum. nũc cũ bona agere licet: ambulemus in via
mandatorum dei. Simus nunc fortes in bello et pugnemus cũ
antiquo ſerpente: & inueniemus tunc requiẽ animabus noſtris.
Reſiſtamus nunc diabolo: & fugiet tunc a nobis/ neq́ pręuale-
bit in nos inimicus. Si eni legitime nunc certauerimus/ et ſtu-
duerimus ei in oibus aduerſari: nõ ſinetur in ipſo mortis agone
nos opprimere/ & ois illius impugnatio tunc cadet irrita. quo-
niã nouit dñs pios de tentatione eripere: et faciet cũ tẽtatiõe ꝓ-
uẽtũ/ vt poſſimus ſuſtinere. Fidelis eni eſt de⁹/ qui nõ pmittet 1. Corin. 10.
nos tunc tẽtari vltra id quod poſſum⁹: ſed p̃ſtabit in illa tribu-
latione nobis auxiliũ ſalutare. Q̃ ſi in hoc noſtræ probationis
tempore & ſtatu/ quo ſani degimus: laxamus habenas delicijs

mundi/& poſtpoſito timore domini indulgemus carni/ diligi- mus mundum et ea quæ in illo ſunt/ſi dęmonibus mala ſuggerentibus obſequimur propenſi/ & manus vltro damus illis vi- ctas: non id mirum haberi debet/ſi in dura illa ſubeundæ mortis neceſſitate omnino relinquimur illorum poteſtati: & acrius oppugnamur/ quinimmo & expugnamur ſæpius. Quia enim deum in vita ſponte deſeruimus: ipſe nos iuſte in morte deſerit. et quoniam ſathanę deſyderia expleuimus: recto iudicio tunc tradimur in manus eius. Ergo cum licet/bonorum operum aſſiduitate & exercitio/pio dei cultu et religionis: effugiamus hoc capitale periculum.

¶Qd in tranſitu ex hoc mundo: beata virgo nec vllum habuit dolorem corporis/nec animi timorem. CAP. VI.

Aliud inſuper habuit ſacratiſſima virgo in placidiſſimo ſuo tranſitu priuilegium: quod in eo ãgelicorum ſpirituum(vt dictum eſt)frequẽtia vallato/nullas corporis moleſtias pperſſa eſt: neque in diſſolutione ſpiritus a carne/tedium anxietatemue ſuſtinuit more aliorum morientium. 5

Auguſtin9 ſed vt beatus inquit Auguſtinus: tam fuit a dolore carnis extranea/quam a corruptiõe fuerat aliena. Quomodo enim ipſa quæ nec in conceptu nec toto vitę ſuæ curriculo peccati maculã contraxit/quæ dei filium ſine dolore/ & anteq̃ parturiret peperit: dolorificam in reſolutione animę ſẽtiret moleſtiã? Quanã etiã ratione ea quę corpore quidem in terris degerat/ſpiritu autem in cœlis ſemper conuerſata/ nullũ habens ad carnem affectum/ſed liberis contemplationum alis cœli ſecreta penetrare aſſueta: in ſolutione naturalis compagis animę ad corpus/vllum perſenſiſſet doloris aculeum? Certe cætera eius ſupra legem carnis opera/& munera pręter cæteros ei a deo præſtita: arguunt ipſam nichil cum carne niſi quod naturæ eſt habentem/neque carnis toleraſſe in obitu dolorem. Quin potius crediderim tam ſanctam virginem/tunc admiranda perfuſam ſpiritus dulcedine & gaudio inenarrabili: ſanctiſſimũ ſuũ ſpiritum deo reddidiſſe inter pſalmos et cantica ſpiritualia aſtãtium apoſtolorum/iter harmonicas laudes & cantus cœleſtiũ ſpirituum. Neque eandem decubuiſſe lecto more ęgrotantiũ: & qui morbo preſſi hanc claudunt vitam (cum venia pictorum et ſculptorum dixerim)putem. cum neque infirmitate vexata credi potius debeat/neque debilitate proſtrata: ſed flexis reuerenter genibus & ſublatis in cœlum manibus / inter orandum acceptiſſimum deo ſpiritum commendaſſe. quemadmodum Paulũ pri-

Paulus eremita. mum eremitam obijſſe: tradit Hieronymus. & multi ſanctorum inter pia orationis ad deum verba/animam emiſiſſe leguntur:

quorum precioſa eſt mors in conſpectu domini. Longe igitur precioſior exiſtimetur ſanctæ virginis fuiſſe mors temporalis/ neq; illis caruiſſe precipuis & inſignibus donis: quibus aliorum ſanctorum obdormitio traditur ornata fuiſſe & honorata. Nullum certe decentius emigrationis e corpore genus/ nulla honeſtior ratio: q̃ in ſpeciem orantis poſitis genibus & vtraq; in cœlum extenta manu/ extremum vitę diem claudere. vt ipſo corporis habitu/ demonſtretur occupatio mentis & ſubleuatio ad deum: cum ſui corporis relinquit ergaſtulũ. Quare non incongruum viſum fuerit: & hunc reſolutionis modum ſacroſanctę virgini pio affectu aſcribere. vt et eo ipſo aſſimilata fuerit filio ſuo, cœlos in aſcenſione penetranti: qui (vt ait Lucas) eleuatis manibus ferebatur in cælum. Luc. 24.

¶ Nos autem cum preſentem finire vitam tempus erit: dura manet agonia/ grauiſſimaq; in diuortio ſpiritus a carne moleſtia. quando (vt ait Bernardus) oculi tranſuerſo motu agentur in capite: nerui toto extendentur in corpore/ & omniũ membrorũ nexus & cõpages diſſeparabunt. Tũc ſudor anhelus velut mortis anteſignarius/ ob doloris magnitudinẽ vbertim mẽbris exprimetur/ & vndiq; largo manabit flumine: nec vllus doloris expers nobis erit ĩ corpore locus. Hebeſcentes ſiquidem oculi cõtabeſcent/ palpitabit pectus/ guttur raucum anhelabit/ ora palleſcent/ rigeſcent membra/ vltima trahentur ſuſpiria/ & fugientem ſpiritum retinere: victa & morti ſuccũbens natura tentabit. Tunc demum intercluſa voce halitus quoq; paulatim deficiet/ ac interpolatis per interualla ſingultibus ſubinde reuocabitur: donec lethali frigore torpẽtibus membris omnibus/ pallida mors animę & corporis dirimet cõmercium. Bernardus

Hęc animo noſtro firmius infigantur/ hęc menti noſtrę tenacius hęreant/ opus eſt: vt frequentiore eorũ meditatione quaſi ſalutari quodam antidoto/ a malorum perpetratiõe reuocemur. Teſtis eſt enim Eccleſiaſticus/ ſi nouiſſima noſtra memoremur: nos in ęternum non peccaturos. Et Hieronymus ad Paulinũ dicit. Facile contẽnit omnia: qui ſe ſemper cogitat moriturum. Huiuſmodi itidem frequẽs pręcogitatio mortis facit/ vt minus eam timeamus preſentem: quam aſſidue animo verſauimus futuram. nam leuius ledit: quicquid pręuidimus ante. Eccl. 7. Hieronymus.

Q; ſi legere cuiq̃ vacat opuſculum illud de obitu beati Hieronymi inſcriptũ: clarius inibi teſtimoniũ occurret/ quanto dolore premit homo in ſeparatiõe animæ a corpore, præſertim in epiſtola Cyrilli ad ſanctum Auguſtinum de miraculis ſacri patris Hieronymi: vbi trium mortuorum ad vitam reuocatorum fit mentio. quorum vnus a Cyrillo interrogatus de conditione ſeparationis animæ a corpore: ita dicitur reſpondiſſe. Anima (inquit) mea reſoluta eſt a corpore/ tam grauiter & acerbe: q̃ mẽs

non capit humana. nec ego niſi certa experiētia didiciſſem: credere valuiſſē. quia ōnis anguſtia & dolor quē æſtimaret homo: nichil reputatur reſpectu illius anguſtiæ. Et cætera/ quæ hunc in modum deide proſequitur de terrifica dæmonum viſione ſibi illata: quæ legentibus compunctionis ſpiritum & timorem incutere merito deberent. ¶ Porro queadmodum a dolore corporis ſereniſſima virgo in ſuo tranſitu fuit aliena: ita & a timore animi/ quo futurum dei reformidatur iudicium & damnationis æternæ periculum. Quid enim expaueſceret ſancta dei mater/ nullius mali ſibi cōſcia: quin potius certiſſima de futura cœleſti gloria? Si enim certus erat Paulus/ q; ſaluū faceret eum dominus in regno ſuo cœleſti: nōne fuit eiuſdem rei certior beata virgo? Certe nulla illi erat materia formidinis: cum inuitata ante fuerit a filio/ ad percipiendam immarceſſibilis gloriæ coronam. Secura de præmio / fœlicem expectabat exitum: quo demum perueniret ad filiū/ & illuc ſubueheretur vbi amplius nullus timor & dolor locum habet. Nulla eidem ingerebatur pauoris cauſa: quæ vocata fuit a domino vt perciperet glorioſum laborum ſuorum fructum / mercedemq; condignam. ¶ Huius autem ſacratæ virginis æmuli viri iuſti & timorati / qui deo in hac vita omnino fuere dediti/ & mandata eius ſeruarunt: relecto huiuſmodi metu/ cū ingenti fiducia & cōfidentia huic vitæ valefaciunt/ ante actorum bonorum operum conſcij/ & diuinæ miſericordiæ ſpe recreati. Immo vero vt cygnus inſtantē mortem percipiens/ dulce carmen emodulatur/ & ſuaui canore concinit ſui funeris preludium: ita exultant in domio pij qui recte vixerunt/ cum hinc ipſis egrediundum eſt/ gaudentq; de carcere in libertatē ſe vocari/ de tenebris in lumen/ de labore ad mercedem. & letabundi præſtolantur ſui domini aduentum: a quo liberentur de hoc mundi ergaſtulo/ a quo percipiant ſuorū operum mercedem. Contra vero mali & dei cōtemptores/ cum extrema illa imminet hora: trepidant ingenti horrore / malorum ſuorum conſcij. tunc iudicium dei formidant: quod antea timere neglexerunt. tunc inferna metuunt ſibi parata ſupplicia: quæ prius irriſere. Et queadmodū latro aut homicida totus horret/ quādo e vinculis accitur ad iudicem: auditurus capitalem in ſe ferri ſententiam. haud aliter tremore concutiuntur & horribili metu peccatores: cum per mortem vocari ſe ſentiunt ad Chriſti tribunal. Q; ſi hanc nullis explicabilem verbis (nam mors peccatorum peſſima) animæ peccatricis anguſtiam/ formidinemq; & diffidentiam/ in ipſo reſolutionis articulo diligentius attenderemus: ſtuderemus haud dubie ſecundum deum viuere/ vt illam trepidationem euadere poſſemus.

[Margin: line "leſti gloria?…": 2. Timo. 4; line "tribunal…": Pſal. 33.; right margin at "incutere merito…": 6]

¶Obdormitioni ſanctæ virginis & Chriſtum affuiſſe : camq; cum angelorum & ſanctorum omnium comitatu in cœlũ deduxiſſe. Cap. VII.

7 PRæterea & id multo omniũ pręſtantiſſimũ munus deiparæ virgini i ſacro eius obitu eſt exhibitum:q̃ & dominus noſter IHESVS Chriſtus/ filius eius bñdictus eã ſua p̃ſentia viſitauit/& ad cœleſtis regni celſitudinẽ per ſe dulciter iuitauit. Eniuero legiť in multorũ funerib9 ſanctorũ/ pro ſua benignitate dñs noſter fuiſſe pceptibili viſitatione præſens:ac fideles ſeruos ſuos dulciſſimus ipſe & eorum amantiſſimus inuiſiſſe/ad cõſolationem illis exhibendam. Et de beato Ioanne euangeliſta canit eccleſia catholica : q̃ apparuit charo ſuo Ioãni dominus IHESVS Chriſtus cũ diſcipulis ſuis/& ait illi. Veni dilecte mi ad me:quia tempus eſt vt epuleris in cõuiuio meo cũ fratribus meis. Quod igitur ſancto Ioanni/quod multis alijs ipendit ſanctis:an credendus ſit illud dilectiſſimæ matri denegaſſe? Non ſinit plane illud cogitari ſumma filij in matrem pietas : qui & parentes honorari iuſſit/& eam magnopere ſemper honorauit. Atteſtatur idem Hieronymus in ſermone de aſſumptione virginali:dicens. Creditur ſane/q̃ ſaluator noſter omniũ ipſe quantum datur intelligi/per ſe totus feſtiuus occurrit ſuæ dilectiſſimæ matri:& cum gaudio eam ſecũ in throno collocauit. Alias enim quomodo impleſſe creditur:quod in lege ipſe præcepit de parentibus honorandis? Nunquid putandum/q̃ cui mortalem adhuc vitam degenti ſubditus pro ſua dignatione fuit:eidẽ ad imortalitatis gloriã procedenti nõ occurrerit? Nõ poteſt profecto id in mentẽ religione & pietate imbutã cadere:non valuit illud intimus affectus filij in matrẽ & materni nominis ratio ſuſtinere. Occurrit igitur & filius ſuæ dulciſſimæ matri/ & vſq; ad throni celſitudinẽ eã ſole & ſtellis radiantius effulgentem ſublevauit:vbi intemerata virgo & mater in regni ſolio ſublimata/ poſt Chriſtũ glorioſa reſidet. Hęc Hieronym9. Idem etiã & ſancta eccleſia catholica ſacroſanctæ virgini cõcinit lętabunda:cũ ait. Hodie nãq; curiæ cœleſtis tibi obuia agmina: te aſſumpſere ad palacia ſtellata. IHESVS & ipe feſtiu9 tibi matri cũ angelis

8 occurrens:ſede paterna ſecũ locauit in ſęcula. ¶Neq; Chriſtus dñs noſter incomitatus & ſolitarius/ſacroſanctã inuiſit virginẽ de hoc ſęculo tranſiturã:ſed & cœleſtiũ ſpirituũ agmina ipſum aſſectata ſunt: & obuiã digniſſimæ virgini cũ hymnis & canticis proceſſerunt/eam laudantes cum gaudio:per quam ipſorũ ruina inſtaurata eſt/& humani generis facta redemptione/re-

Ioãnes euã geliſta.

Hieronymus.

ſarcita iactura. Quinimmo & ipſi cœleſtes ſpiritus admiratio-
Canti. 3. ne ducti de tã magnifica glorioſæ virginis aſſumptiõe: dixerũt
illud in canticis interrogationis verbũ cũ ſtupore. Quæ eſt iſta
q̃ aſcẽdit per deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatib9 myrrhę &
thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij? Et rurſum. Quę eſt iſta
Canti. 8. quę aſcendit de deſerto: delicijs affluens/innixa ſuper dilectum
ſuum? Eruperunt itidem in illud admirationis eloquium. Quæ
Canti. 6. eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora cõſurgens: pulchra vt lu-
na/electa vt ſol/terribilis vt caſtrorũ acies ordinata? queẽadmo-
dum Chriſto aſcendente in cœlum: percontati ſunt inter ſe ad-
Eſa. 63. mirabundi ſpiritus angelici. Quis eſt iſte qui venit de Edom:
Pſal. 23. tinctis veſtibus de boſra? Et rurſum. Quis eſt iſte rex gloriæ?
Neq; id ab re. Demirati ſunt enim dignitatem glorioſæ virgi-
nis: omni virtutũ decore adornatã. Obſtupuerunt inſignẽ illius
claritatem: ſole/luna/& aſtris multo fulgentiorẽ. Admirati ſunt
& amplitudinem gloriæ illius: de terris cũ tanta magnificentia
ſubleuatã. ¶ Neq; angelici dũtaxat ſpiritus: ſed & tota cœleſtis 9
curia/ſanctorumq; omniũ chorus / ſenatus/ & ordo progreſſus
eſt cum honorificentia & laude in occurſum tam eximiæ virgi-
nis & reginę cœli. quemadmodum videmus reginæ terrenæ in-
greſſuræ pręcipuam regni ſui vrbem/honorificos omnes vrbis
illius ſtatus ordineſq; virorum obuiam progredi: cum pompa/
veſtium ornatu/& ſolennitate præcipua ſuæ dominæ/ nullo illi
genere honoris nõ adhibito: illamq; cum ſumma totius populi
lętitia in ſuam vrbem introducere. Itaq; occurrerunt deiparæ
virgini/patriarchæ ſancti: ex quibus ſecundũ carnẽ ſumpſit ori-
ginem. Occurrerũt & prophetæ/eam ſuſcepturi: de qua vatici-
nati fuerant/& per quam a captiuitate redempti. Obuiarunt ei-
dem exultabundi apoſtoli ac euangeliſtæ: qui in carne eam ha
buerant vt diuinorũ myſteriorum magiſtram. Neq; defuerunt
tam honorabili occurſui martyres fortiſſimi: eius exẽplo & ver-
bis ad fundendũ pro Chriſto ſanguinẽ prouocati. Neq; confeſ-
ſores: vt eam honorarent/quæ ipſos ſuæ vitæ exemplo induxe-
rat ad mũdi contemptũ. Affuerũt & candidiſſimę virgines huic
ſuſceptioni virginali: vt reginę virginũ debiti ipenderent ho-
noris officiũ. Deniq; ſanctorum omnium tunc obuiam prodije
tam ſacræ virgini cœtus: vt eam digne honorarent/per quam
natus eſt nobis ſanctus ſanctorum / & ſanctificationis gratia
mundo collata. Itaq; cum honorificentiſſima huiuſmodi ſo-
cietate domini I H E S V / angelorum omnium / ſanctorum
ſupernæ Hieruſalem ciuium: beatiſſima virgo cum laudibus
& hymnis deducta eſt in æthereum palatium/vbi cum Chriſto
filio ſuo regnat in æternum.

¶Q. ſuper omnes choros angelorũ & ordines ſanctorũ: exaltata eſt beata virgo in regno cœleſti. Cap. VIII.

10 NEC putet quiſpiam/ deiparam virginem in imis aut medijs æthereæ domus manſionibus tum fuiſſe collocatã: ſed ſuper omnes angelorũ choros ſubleuatã/atq; ſublimius ſanctis oibus ĩ ſolio glorię cõſtitutã. vt ſupſanctę trinitati proxima: & primũ infra eã gloriæ locũ ſortita prædicetur/ celebretur/ atq; referatur. eiq; nõ incõgrue adaptetur illud prophetæ ad filiũ dei verbum. Aſtitit regina a dextris tuis/ i veſtitu deaurato: circũdata varietate. Hęc ſane regina eſt ſacratiſſima virgo ad cœlos ſublimata: & e vicino ad filiũ ſuũ in ciuitate illa ſuperna collocata/ adeoq; illi propinqua: vt a dextris illius aſtare merito dicatur. Eadem in veſtitu eſt deaurato: veſte imortalitatis & perpetuæ beatitudinis amicta/ & virtutũ omniũ atq; gratiarũ diuerſitate circũdata. Neq; ſubuereri quis debet ne nimiũ ſacre virgini tribuat: ſi primas illi aſcribat ſub deo cœleſtis regni ſedes. quandoquidẽ id tota per orbẽ terrarũ cõfitetur & decantat eccleſia: ꝙ exaltata eſt ſancta dei genitrix ſup choros angelorũ ad cœleſtia regna. Cõprobat etiã & aſſerit idẽ Hieronym9: in ſermone de aſſumptione beatę virginis dicẽs. Vbiq; cõfidenter ſancta dei canit eccleſia (quod de nullo alio ſanctorũ fas eſt credere) ꝙ vltra angelorum & archangelorum omniũq; cœleſtiũ ſpirituũ dignitatem/ merito tranſcenderit. Non temere itaq; ſuper omnes choros angelorũ exaltata: deuotiſſime hodie prædicatur. quia pręceſſit eam deus & ſaluator noſter/ ex ea vera fide genitus/ ad cœleſtia: vt pararet ei (ſicut ipſe ſuis repromiſit diſcipulis) in æthereis manſionibus locum imortalitatis/ quo cũ eo regnare poſſit in perpetuum. Hæc Hieronymus. Quod et beatus Bernardus in ſermone de eadẽ ſolẽnitate cõfirmat/ dicens. Sed & illud quis cogitare ſufficiat: q̃ glĩoſa hodie mũdi regina proceſſerit/ & quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum cœleſtium legionũ prodierit multitudo/ quibus ad thronũ gloriæ cãticis ſit deducta. q̃ placido vultu/ q̃ ſerena facie/ q̃ diuinis amplexibus ſuſcepta a filio: & ſuper omnẽ exaltata creaturam cum eo honore/ quo tanta mater digna fuit: cũ ea gloria/ quę tantũ decuit filiũ. Nulli dubiũ eſt omnẽ illã cœleſtẽ Hieruſalẽ tunc exultaſſe: quoniã ſolennitas hæc quæ nobis hodie reuoluitur ãnua/ illis omnibus facta eſt continua. Et hæc eſt præſentis diei celebritas: in qua beata virgo ad ęthereum peruenit thalamũ. Quę profecto feſtiuitas/ ſicut beata MARIA incomparabilis eſt cæteris virginibus: ita incomparabilis eſt omnium ſanctorum feſtiuitatibus/ & admirãda angelicis ſpiritibus: qui de tanta bea-

Pſal. 44.

Hieronymus.

Ioan. 14.

Bernardus

tæ virginis gloria letabundi/ inter ſe id canticorū percōtantur.
Cant. 8. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto? Obſtupeſcūt enim de hac
valle miſerię & deſerto pleno vaſtitatis & periculi: ſubuehi vir-
ginē/tantis virtutū monilib9 adornatā. Demirantur itidē thro-
num in tanta ſublimitate conſtitutū matri regis æterni: vt oēs
ſub ſe conſpicetur angelicos ordines/ſanctorūq; manſiones. Vi-
dent inſuper ſummā humilitatē (quā reſpicere dignatus eſt dñs)
ab eo qui humiliū exaltator eſt/maxime honoratā: atq; i ſupre-
mo cœlorū faſtigio collocatā. Deniq; cernūt glioſā dei matrem
cœleſti coronatā diademate: toti9 mūdi ſceptra tenere. hęc Ber
nardus. ¶ Porro hęc glioſę virginis ſupexaltatio/nō modo ſan
ctorū patrū authoritate: ſed & rationibus fulciri facile poteſt/
quo dinoſcatur æquitati recteq; rationi eſſe conſentanea. Impri- 1
mis ſiquidē videmus quę leuia ſunt: ſurſum ferri / & quanto a-
gilliora: tanto amplius ad ſuperna emicare/& quę omniū leuiſſi-
ma: ſupremū locū petere. Quē naturæ in corporibus ordinem
& conatū/ſi ad animorū qualitatē & proprietates traducamus:
quid leuius īuenimus aut agilius ſacratiſſimę virginis anima?
quæ nulla rerū terrenarū grauitate depreſſa/ ſemp cœleſtiū ra-
piebatur amore/ſurſumq; tendebat. Eam nulla degrauabat fe-
culentia: aut deorſum trahebat pondus affectionū mundanarū.
Dignum igitur fuit: eam in ſupremo collocari cœleſtis habita-
Sapien.6. culi culmine. Si eni incorruptio (vt ſapientiæ ſexto cap. phibet
Salomon) facit pximū deo: haud dubie ea quæ corpore & mē-
te permanſit incorrupta/ quinimo cuius maxima & ſumma in-
ter creaturas eſt incorruptio: ſedē habere cenſenda eſt deo pro-
ximā/& nullo ſanctorū interſtite vicinā. Quę eni maior incor-
ruptio: q̄ quæ intacto integroq; corpore/ animam habet nullis
prauis affectibus adulteratā? ¶ Rurſum. Secundū euangelicam 2
Lucę.14. ſententiā: qui ſe humiliat/exaltabitur. nam gloriā pręcedit hu-
Prouer.15. militas. Ex quo & illud cōſequio trahitur/ꝙ qui magis ſe humi
liat: magis exaltabitur. & qui maxime ſe humiliat: maxima ex-
altatione a deo ſubleuabitur. Atqui excellentiſſima fuit & ſum-
Bernardus ma/ſacroſanctę virginis humilitas: de qua pręclare ait Bernar-
dus. Quę eſt hęc tā ſublimis humilitas quæ cedere nō nouit ho
noribus/inſoleſcere gloria neſcit. mater dei eligitur: & ancillā ſe
nominat. Nō mediocris reuera humilitatis inſigne: nec oblata
tanta gloria/obliuiſci humilitatē. Non magnū eſt: eſſe humilē
in abiectione. magna prorſus & rara virtus: humilitas honora-
ta. Iure igitur ſumma ipſi cōgruit exaltatio: & ſupremus in cœ-
Lucę.10 lo locus. vt vnde corruit ſathanas/ſicut fulgur de cœlo deturba
tus ad ima per elationem: illuc cōſcendat virgo ſacrata per exi-
miā humilitatē. ¶ Præterea. Matrē in domo patriſſamilias ho- 3
noratior decet locus q̄ miniſtrū: queadmodum potior eſt matris

q̄ ſerui cōditio. Atqui in omnibus angelicorū ſpirituum ordinibus/etiā & ſupremo: collocati ſunt dei miniſtri/ vtpote angeli, qui omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriū miſſi: propter eos qui hęreditatē capiūt ſalutis. Igitur ipſa dei mater ſedē debet ſortiri: ſuper omnes angelorū choros ſublimius eleuatā. Hebræ. 1.

4 ¶ Ad hæc. Secundū æquam diuini iudicij lancem/ exuberantiæ & plenitudini gratiæ: reſpondet in loco æternæ retributionis amplitudo gloriæ. vt quāto quis affluentiore dotatus fuerit gratia: tāto pręcelſius emineat cęteris in gloria. Sed beatę MARIAE virgini copioſior q̄ cæteris collata fuit a deo gratia: per quam ab omni peccati macula imunis euaſit / & digna habita eſt quę dei mater fieret. vnde & ab āgelo: gratia eſſe plena pręd icata eſt. Igitur excelſior cæteris omnibus creaturis: ei cōpe-
5 tit ſedes in gloria/ & eleuatior in cœlis locus. ¶ Denique. Iuſtus eſt deus & reddēs vnicuique ſecundū opera ſua. quare vbi maior eſt ſanctitas: altior eſt in cœlis manſio. & vbi maxima atque ſumma ſanctitas: ſummus itidē eſt gloriæ & retributionis gradus. At vero in ſupſancta virgine: pręſtantiſſima/ ſupremaque effulſit vitæ ſanctitas. vt quæ non ſolū vnius ordinis ſanctorū/ ſed omnium ſimul titulos & rationes ſanctitatis cōplectitur: neque angelorum neque prophetarū/ apoſtolorū/ martyrū/ cōfeſſorū/ virginum/ aut aliorū quorūuis ſanctitate atque officio deſtituta. quēadmodū in pręcedente libello oſtenſum eſt. Merito ergo ſuper ōnes ſanctos eleuata reſidet in gloria: quæ collectim habet omnia / ab alijs ſingillatim obtenta. Cap. 11.

¶ Quod beatæ virginis in cœlū deductio atque aſſumptio: veteris teſtamenti figuris eſt pręſignata. Cap. IX.

Huiuſmodi autem tam celebris ſanctiſſimę virginis in cœlū ſubuectio/ quę paulo āte explicata eſt/ atque honoratiſſima a terris ad ſuperos traductio: antiquæ legis inuolucris & rerū in ea geſtarū velamētis pręſignificata eſt. Siquidem ſacra regū cōmemorat hiſtoria/ quod Dauid rex adduxit arcam dei de domo obededom in ciuitatem ſuam cum gaudio: & percutiebat in organis armigatis/ ſaltabatque totis viribus ante dominū. Porro Dauid erat accinctus ephot lineo: ipſeque & omnis domus Iſrael ducebāt arcam teſtamenti domini in iubilo/ & clāgore buccinæ. Cuius autem typum gerebat hæc arca figuralis / in Hieruſalem a Dauid cū ſolennitate tranſlata: niſi ſacratiſſimæ virginis MARIAE/ a filio ſuo in cœleſtem ciuitatem aſſumptæ? Quam non immerito arcam appellauerim: quinimmo vmbratilis arcæ primitiuum exemplar & veritatem. Nempe arca illa teſtamenti in Exodo a Moſe fabricata: ex lignis ſethim imputribilibus com- 2. Reg. 6. Exodi. 25.

pacta legitur/intus & exterius tota auro adoperta/aureã vrnam quæ manna Iſraeliticũ ſeruaret/ tabulas decalogi & virgã Aaron florigeram ſuo gremio cõplexa. Quod myſticæ/candidiſſimę virgini MARIAE omnino cõgruit.quandoquidẽ in ea corruptio peccati/& putredo originariæ aut poſt ortũ cõtractæ culpæ:locum nõ habuit.nulla ſcelerũ carie ſituq; marcida facta eſt:ſed tota & in animo & corpore/virtutũ ſplendore adornata. Suo itidem ſanctiſſimo vtero manna ſalutiferũ cõtinuit: quo in huius mundi deſerto ad terrã promiſſionis feſtinãtes fideles/ pleniſſime ſaginãtur.Eadẽ quoq; ſummũ legiſlatorẽ/& euangelica hominibus pręcepta depromẽtem progenuit. deniq; ſaluo virginitatis honore fructũ viuificũ ædidit:longe Aaronicę virgæ fructu ſalubriorẽ. quẽadmodum in primo libro de puritate
Cap.4. cõceptionis virginalis latius explicatũ eſt: ſed hic idẽ repetere nõ piguit/neq; ſuperuacaneũ viſum eſt. Hæc ſane eſt arca fœderis:ex qua prodijt ille mediator dei & hominũ/mũdũ deo re-
Coloſ.1. cõciliãs/pacificans & inſtaurans õnia quæ in cœlis & in terra
Ephe.2. ſunt:qui eſt pax noſtra et fecit vtraq; vnũ.Hęc ſacra et animata arca quæ intra ſe ſuũ tulit artificẽ:in tẽplo non manufacto neq; terreno/ſed cœleſti deniq; reponitur.Demũ hæc arca de domo obededom (qui ſeruiens terræ interpretatur) id eſt de hoc mũdo/in quo plerũq; terrenis ſeruitur deſyderijs : traducta eſt ad ſupernã Hieruſalem/viſionẽq; pacis æternã. In qua quidẽ traductiõe/ipſe verus Dauid & dñs noſter:manu fortis & vultu de-
Pſal.131. ſyderabilis (de quo dicit pſalmus. Memẽto dñe Dauid : & oĩs manſuetudinis eius) lętabundus occurrit dulciſſimæ matri ſuæ/ eamq; comitãtibus choris angelicis cũ gloria & honore ĩ æthereis ſedibus collocauit. Si igitur vnigenitus dei filius candida noſtræ naturæ veſte ſed iam ĩmortali amictus/quę per ephot lineũ ſignatur:ſi tota cœli curia in huius arcę ſubuectione/ lętitiã & iucunditatẽ nõ exiguã oſtenderũt:nũquid debemus exultationis in domino ob tantã celebritatẽ expertes eſſe? Decet ne & noſipſos:huius iubilationis participationẽ cõſortiũq; percipere?Dignũ ſane eſt & rationabile:nos etiã cũ gaudentibus ſupernæ Hieruſalẽ ciuibus gaudere/& pio deuotionis affectu hãc arcã deiferam deducere in ciuitatem ſanctam & cœleſtem. Par eſt etiã & æquũ/laudare deũ in tympano & choro / in chordis & organo: & cũ tota domo Iſrael ſubſequi paſſibus ſynceri cordis hanc arcam adeo precioſam/cum a terra ad cœlum ſuſtollitur/ ipſamq; ſaltẽ a longe lętius proſequi. ¶Inſuper in tertio li-
3.Reg.8. bro Regũ ſacra refert hiſtoria/ q; poſtq̃ Salomõ ædificauit dño magnificentiſſimũ templũ:cõgregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cũ principibus tribuũ/& duces familiarũ filiorũ Iſrael ad regẽ Salomonẽ in Hieruſalem: vt deferrent arcam fœderis dñi

de ciuitate Dauid/id eſt de Sion. Rex autem Salomon et omnis multitudo Iſrael quę conuenerat ad eum: gradiebatur cũ illo ante arcam. & intulerunt ſacerdotes arcam fœderis domini in locum ſuum: in oraculum templi in ſanctum ſanctorum. Fecit autem Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem: & omnis Iſrael cum eo coram domino deo noſtro. Quod ſi ad myſticum ſenſum transferre iubet: per Sion recte intelligitur eccleſia præſens/ & in ſtadio agoneq; adhuc militans. quemadmodum ſæpius in pſalmis accipitur: vt ibi. Fundatur exultatione vniuerſæ terrę mons Sion: latera aquilonis/ ciuitas regis magni. Et alio loco. Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Neq; id ab re. Sion nãq;/ ſpeculum vel ſpeculatio interpretatur. Hic autem videmus per ſpeculum et in ænigmate: deum fide ſpeculantes. Per ſanctum vero ſanctorum/ accipiẽdum eſt cœleſte habitaculum et regnũ cœlorum: in quo ſuperni ciues ęternam adepti requiem cũ deo reſident. Itaq; per deportationem arcę de ſion ad locum ſibi paratum in templo intra ſanctum ſanctorum: intelligitur (vt au thor eſt Nicolaus Lyrenſis) aſſumptio beatę virginis per arcã ſignatę/ ab huius mundi incolatu ad cœleſte tabernaculum/ & templum illud ſupramũdanum: facta a vero Salomone/ domino noſtro IHESV Chriſto. Per maiores autẽ natu/ duces/ & principes/ qui congregati fuerunt ad Salomonem in arcę deportatione: ſignantur (vt idem perhibet author) angeli de diuerſis ordinibus cum Chriſto venientes/ ad beatæ virginis venerationem in eius aſſumptione. Per id vero quod Salomon legitur feciſſe ſolennitatem celebrem cũ omni populo de tranſportatione ipſius arcæ in templum/ & templi ędificati dedicatione: deſignari dicit idem author / ꝙ beatæ virginis aſſumptio debet eſſe admodum celebris omni populo Chriſtiano. Vnde canit eccleſia. Aſcendit Chriſtus ſuper cœlos: & præparauit ſuæ caſtiſſimę matri immoralitatis locum. Et hæc eſt (inquit) illa prę̨clara feſtiuitas/ omnium ſanctorum feſtiuitatibus incomparabilis: in qua glorioſa & fœlix virgo MARIA mirantibus cœleſtis curię ordinibus ad æthereum peruenit thalamum / in quo pia ſui memoriam agentium immemor nunq̃ exiſtit. Hęc ille. Cum itaq; hæc glorioſę aſſũptionis ſolẽnitas gemina veteris inſtrumenti figura nobis ſit præmõſtrata/ cũ a ſãctis itidẽ nouę legis patribꝰ tãtopere p̃dicata: debemus et ipſi eã cũ ſũma veneratione colere/ reuerẽter quotãnis celebrare/ atq; tunc præcipue deum in ſanctarum ſanctiſſima eius matre certatim laudare/ benedicere/ et prædicare.

Pſal. 47.

Pſal. 86.

¶Quomodo exaltatio ſacratiſſimæ virginis ſuper omnes ſanctos/ & in cœleſti throno collocatio: etiam pręſignata eſt. CAP. X.

IPſa etiam beatę virginis ſublimatio in cœlo/atq; in altiſſimo gloriæ ſolio cōſtitutio:antiquæ legis expreſſa eſt exemplis/& vmbratili typo depicta. Siquidem tertij regum denarrat hiſtoria/q̧ cum Berſabee mater Salomo
3. Reg. 2. nis quippiam ab ipſo petitura illum acceſſit: ſurrexit rex in occurſum eius/ adorauitq; eā/ & ſedit ſuper thronum ſuum. Poſitus quoq; eſt thronus matri regis:quæ ſedit ad dexterā eius. Hæc autem recte accommodantur digniſſimæ virgini MARIAE/quæ vera eſt Berſabee:non abhorrente ab ea nominis ipſius interpretatione. Siquidem Berſabee:puteus ſatietatis dicitur/ vel filia
Cant. 4. ſaturitatis. huiuſmodi vero puteus aquarum viuentiū quę fluunt impetu de libano/ eſt ſacratiſſima virgo: in qua omnis eſt gratiæ plenitudo et exuberantia/qua abunde ſaturanť quicūq; ex putei huius profundo aquam ſpiritualem auidius hauriūt. Qꝫ ſi dinoſcere cupis/quanta ſit huius altiſſimi putei ſup alios puteolos minus capaces vbertas et affluentia:audi beatū Hie-
Hieronymus. ronymum de eo dicentem. Cęteris per partes præſtatur gratia: MARIAE autem ſe totam īfudit gratię plenitudo. Neq; quicq̄ ſane diuinorum munerum illi deeſſe potuit:quæ angelico pręconio gratia fuiſſe plena dicta eſt. Qꝫ ſaturitatis item ſit filia virgo MARIA/eſurientes iuſtitiā animos vberrime ſatians:apud
Eccl. 24. Eccleſiaſticum conteſtatur ipſa/ cum ait. In me omnis gratia viæ & veritatis/in me omnis ſpes vitę et virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & a generationibus meis implemini. Porro hęc/ regis mater eſt. non terreni aut tēporarij:
Apoca. 19. ſed æterni & cœleſtis. in cuiꝰ femore (vt habet apocalypſis) ſcriptum eſt:rex regum & dominus dominantiū. vtpote vnigeniti filij dei. Cuius quidem regis magnitudinem pſalmus dilucide patefacit:cum ait. Et dominabitur a mari vſq; ad mare:& a
Pſal. 71. flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. & adorabunt eū omnes reges:omnes gentes ſeruient ei. Angelus quoq; ad ſacroſanctam virginem de illius regno loquens:inquit. Et dabit ei do-
Lucę. 1. minus deus ſedem Dauid patris eius:& regnabit in domo Iacob in æternum/& regni eius non erit finis. Cęterum hæc inclyta virgo:non cuiuſlibet regis/ſed veri Salomonis (vt ſpiritualis Berſabee)mater eſt. Chriſtus enim:ipſius Dauidici Salomonis veritas eſt/& præcipuum exemplar. quemadmodum in pri
Cap. 5. mo libro de virginalis conceptus puritate dictum eſt. & ex eo etiam dilucide conſtat/ quoniam promiſſa diuina cœlitus ipſi Dauid de Salomone facta:non in Salomone eius ſecundū carnem filio completa ſunt/ ſed in ſolo Chriſto. Enimuero in primo paralipomenon libro legitur dixiſſe dominꝰ ad Dauid/ per

Nathan prophetam. Cumq; impleueris dies tuos vt vadas ad 1. Para. 17.
patres tuos: ſuſcitabo ſemen tuum poſt te quod erit de filijs tu-
is/ & ſtabiliam regnum eius. Ipſe ędificabit michi domũ: & fir-
mabo ſolium eius vſq; in ſempiternum. Ego ero illi in patrem/
& ipſe erit michi in filium: & miſericordiam meam non auferã
ab eo/ ſicut abſtuli ab eo qui ante te fuit. Et ſtatuam eum in do
mo mea & in regno meo vſq; in ſempiternum: & thronus eius
erit firmiſſim9 ĩ perpetuum. Nullus plane addubitat/ hęc de Sa
lomone fieri promiſſa ad Dauid: & tamẽ in eo qui proxime ipſi
Dauid in regno ſucceſſit/ haudquaq̃ ſunt completa. Non enĩ fir
matum eſt ſolium ei9 vſq; in æternum: cum a Roboã filio ipſi9 3. Reg. 12.
ablatę ſint decem tribus Iſraeliticæ/ & per captiuitatem Baby- 4. Reg. 25.
lonicam ſceptrum domus Iuda intercidit. Sed de ipſo Salomo
ne ſecundum carnem id accipiendum eſt: quod in ſecundo re-
gum libro in eadem promiſſione diuina adiectum legitur. Qui 2. Reg. 7.
ſi inique aliquid geſſerit: arguam eum in virga virorum/ & in
plagis filiorum hominum. Miſericordiam autem meam nõ au
feram ab eo: ſicut abſtuli a Saul quem amoui a facie mea. Quę
autem ex libro paralipomenon adducta ſunt dei promiſſa/ om-
nino in Chriſto completa ſunt: quantum ad ædificationẽ do-
mus domini ſcilicet eccleſiæ/ & perpetuam regni eius ſtabiliti-
onem. Conſtat igitur Chriſtum eſſe & in ſcripturis haberi verũ
Salomonem: & eo itidem nomine inſigniri. Eiuſdem quoq; rei
ex pſalmo octogeſimooctauo facile ducitur argumentum: vbi
explicatur diuina promiſſio facta ipſi Dauid de Salomone. Ve-
runtamen quod ibidem habetur. Si autem dereliquerit filij ei9 Pſal. 88.
legem meam: & in iudicijs meis nõ ambulauerint. Si iuſtitias
meas prophanauerint/ & mandata mea non cuſtodierint: viſi-
tabo in virga iniquitates eorum / & in verberibus peccata eo-
rum: de Salomone ſecundum carnem accipiendum eſt. Quod
vero eodem in loco dicitur. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemẽ
eius: & thronum eius ſicut dies cœli. Et paulo poſt. Semẽ eius
in ęternũ manebit: & thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo/
& ſicut luna perfecta in ęternum/ & teſtis in cœlo fidelis: de Sa
lomone ſecundum ſpiritum/ ſcilicet Chriſto domino accipien-
dum eſt. Sed quãto ſpiritus carne ſuperior: tanto ſpiritualis Sa
lomon noſter eo qui ſecundum carnem natus eſt/ euadit eminẽ
tior. Eſt igitur Chriſtus/ verus Salomon & archetypus/ alteri-
uſq; primariũ exemplar: quod præſens intendit oratio. ¶ Itaq;
cum ſacroſancta virgo MARIA/ veri Salomonis (vt dictũ eſt)
mater/ vitæ mortalis munere functa eueheretur ad cœleſtia re-
gna: ſeſe illi obuium filius reuerenter obtulit/ venerationẽ tan-
tæ matri debitam lætus exhibuit/ & æthereis illatam palacijs ĩ
pręparato throno ſuper omnes cœli ciues ad dextram collo-

cauit. Ecce redditam et adaptatam figurę veritatem: quiīmmo vmbratili imagine veritatem perfectiorem. Nam Berſabee pri‑
3. Reg. 2. or & ſecundum carnem/quod poſtulauit a Salomone ſuo/ nō impetrauit: Abiſac ſcilicet ſunamitem Adoniæ vxorem/ſed repulſā paſſa eſt. Noſtra vero ſummi regis mater/quicquid a vero Salomone popoſcerit: haud dubie obtinebit. Neq; enim ſuſtinebit vnq̄ filius miſericordię plenus: ſuæ pientiſſimæ matri quippiam recuſare. Deniq; hæc ſanctæ matris dei ad cœlos aſſūptæ in ſummo ſupernorum ciuiū faſtigio culmineq; collocatio: deſignata eſt per Eccleſiaſticum/ vbi de ſeipſa dicit ſancta Chriſti
Ecci. 24. parens. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano: & quaſi cypreſſus in monte ſion. vbi proceritate arborum et celſitudine mōtium: myſtice intelligit̄ ſublimitas matris dei in ſupma ſede cœlorū.

¶ Q; beata virgo poſt corporis ſui tumulationem: ad immortalē vitā reuocata eſt/& in corpore et aīa glorificata. CAP. XI.

CAeterum poſt animæ ſacratiſſimæ virginis a corpore reſolutionem/ apoſtoli & ſancti fratres qui tum aderant ſacrum curantes funus: cum hymnis/canticis & laudibus virginales celebrarunt exequias/atq; debito honore deductum ſanctiſſimum corpus ſepulchro cōdiderunt. Siquidem ſacer Hieronymus qui illis in locis diuerſatus eſt: atteſtatur tumulatum fuiſſe ſacroſanctum virginis corpus/ cum ait
Hieronymus. in ſermone de ipſius aſſumptione. Monſtratur autem ſepulchrū eius cernentibus nobis vſq; ad præſens/in vallis Ioſaphat medio: quæ vallis eſt inter montem Sion & montem Oliueti poſita. quam & tu O Paula oculis aſpexiſti. Vbi nunc in eius honore fabricata eſt eccleſia miro lapideo tabulatu: in qua ſepulta fuiſſe (vt ſcire poteſtis) ab ōnibus ibidem prędicatur. ¶ Verum 11
tertio (vt complures aſſerunt) die/ad imitationem triduanæ ſepulturę Chriſti/& reſurrectionis eius tertia die factæ/vicini⁹ aſſequendam: aut alio quouis breuiori aut prolixiori tempore/quod ſolus nouit deus & ij quib⁹ reuelare dignatur: diuina virtute reuocatum ad vitam eſt ſacrum virginis corpus/per iteratam animę ad ipſum vnionem. completaq; eſt in ſancta dei matre: reſurrectio atq; regeneratio ad vitam immortalem. Rediuiuum enim eius corpus/glorificatum eſt: et dotib⁹ vitę cœleſtis locupletatum/agilitate infatigabile/claritate fulgidiſſimū/incorruptibilitate ſolidum/et ſubtilitate: permeandi efficaciā ſor‑
1. Corin. 15 titū. Tūc in ea quod prius corruptibile fuit: induit īcorruptionem. et quod ante fuit mortale: induit immortalitatem. quēadmodum in conſumatione ſeculi huius: futuram credimus ī omnibus hominibus carnis reſurrectionem. ¶ Neq; quenq̄ moue‑

re debent verba beati patris Hieronymi: in ſermone de aſſum- Cauilli dilu
ptione glorioſę virginis non omnino aſſerere audentis/ ipſam tio.
beatam virginem in corpore & anima iam in cœlo glorifica-
tam regnare. Tum quia ea tempeſtate id nondum exacte diſ-
cuſſum fuit/& ab eccleſia catholica determinatum: quemadmo
dum poſtea illud ſine hæſitatione aliqua ſentiri debere defini-
tum eſt. Tum quia non dubitandum proponit ſuis verbis/ an
ſit aſſumpta virgo beata in corpore: cum libere dicat ſe id non
ambigere eſſe factum in ſancta virgine. ſed prohibet temerariã
illius ſententiæ aſſertionem ante publicam eccleſię determina-
tionem: & inconſultam pręcipitemq;(quę ex propria dicentis
authoritate prodeat) in re tam ardua definitionem. Eius ver-
ba in loco iam ſæpius adducto/ſunt hęc. Sed nunc ſepulchrum Hierony-
virginis: vacuum eſſe cernentibus oſtenditur. hęc idcirco dixe- mus.
rim/quoniam multi noſtrorum dubitant: vtrum aſſumpta fue-
rit ſimul cũ corpore/an obierit relicto corpore. Cui dubitatio-
ni ſubiicienda eſt reſponſio: non eam primo eſſe aſſumptam ſi-
mul cum corpore. quãdoquidem eccleſia prędicat de ea q; mor
tem ſubiit temporalem/per animę ſcilicet a corpore diſſepara-
tionem. quare perſpicuum eſt: q; obierit primum relicto corpo-
re/ vt ſuperius dictum eſt. ¶Q; ſi percunteris. cum ipſa beata
virgo nõ fuerit peccati originalis rea/ neq; obnoxia obligatio-
ni Adę: quam ob cauſam ſubiit ipſa mortem/ quę ex maledi- Cap. 2.
ctione inflicta eſt humano generi? ¶Iam ex ſecundo libro de
puritate conceptionis beatę virginis adhibita eſt huic inquiſi-
tioni dilutio: eam eſſe mortuam primo/ vt Chriſti filii ſui imi-
tationem in ſe exprimeret: & moriendo fieret Chriſtiformis/aſ-
ſimilareturq; domino noſtro: qui non erat debitor mortis/& ta
mẽ eam ſuſtinuit. et ſuo exemplo prouocaret pios et fideles: ad
facilem mortis tolerationẽ. Cum enim animis noſtris id obiicit
atq; occurrit/tam ſanctam virginem quę non fuit ſubiecta mor
ti/non detrectaſſe eam nec recuſaſſe: magnum datur incitamen
tum nobis morti ex debito obnoxiis/potiori iure eam ęquo ani
mo ſubire atq; perferre. Secundo vero beata virgo mortẽ car-
nis pertulit: ex naturę humanę conditione. q; ipſa corpus ha-
buerit(vt nos omnes) ex elementis cõtrariis coalitum/mutua
actione corruptionem inducentibus: & alimentis enutrita fue-
rit alterationem afferentibus. cum nullum haberetur remediũ
ab ea/contra hæc naturæ incommoda: ſicut primi parentes ha
buiſſent/ſi in bono perſtitiſſent. Nemo ergo putet hanc beatæ
virginis mortem illi contigiſſe: tanq̃ peccati ex origine cõtracti
pœnã/ aut ex Adę maledicto. ¶Deinde ſubiungit eo loco Hie
ronymus. Quomodo autem vel quo tempore/aut a quibus p-
ſonis/ſanctiſſimum corpus eius inde ablatum fuerit/vel vbi trãſ-

to magis & matri debet credi indultum.quandoquidem vt po-
tior eſt vnicę parentis q̃ ſeruorum conditio: ita amplior & cu-
mulatior illi debet impendi beneficiorum elargitio. Sed nõnul
li ſanctorum in corpore & anima iam viuunt in cœlo glorifica
ti.quemadmodum in adducto ſæpius ſermone Hieronym⁹ at- Hieronymus.
teſtatur:nonnullos ſanctitate & eruditione præclaros autuma-
re de beato Ioanne euangeliſta/ de Dauid rege/& ſanctis illis
qui cum domino ſurrexerunt.qui ſecundum multorum ſenten-
tiam/& quantum diiudicare poſſumus/omnino veram:corpo-
re glorificati ad immortalem reſuſcitati ſunt vitam/veneruntq; Matth.27
in ſanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Nõ enim veri (i-
quiunt) reſurrectionis dominicę teſtes fuiſſent:niſi et vera et cõ
pleta eſſet eorum reſurrectio. Atteſtatur idem & beatus Grego- Gregorius
rius in homelia euangelij paſchalis:cum ait. Sed fortaſſe aliqs
dicat. Iure ille ſurrexit/qui cum deus eſſet:teneri a morte nõ po
tuit. Ad inſtruendam ergo ignorantiam noſtram/ad roborãdã
infirmitatem noſtram:ſuæ reſurrectionis exemplum nobis ſuffi
cere noluit. Solus illo in tempore mortuus eſt:& tamen ſol⁹ mi
nime ſurrexit. Nam ſcriptum eſt:multa corpora ſanctorum qui
dormierãt/ ſurrexerunt. Ablata ſunt ergo omnia argumẽta pſi
dię. Ne quis eni dicat. ſperare de ſe non debet homo/quod in
carne ſua exhibuit homo deus:ecce cum deo homines reſurre-
xiſſe cognoſcimus/& quos puros fuiſſe homines nõ dubitam⁹.
Si igitur membra noſtri redemptoris ſumus:præſumamus i no
bis/quod geſtum conſtat in capite. Si multum nos non abijci-
mus:ſperare debemus in nobis nos membra vltima/quod i mẽ
bris eius ſuperioribus audimus. Hęc Gregorius, quem vtiq; cõ
ſtat ibidem de completa & conſumata corporum illorum ſan-
ctorum reſurrectione eſſe locutum. Igitur & illud glorificatiõis
ſui corporis munus:ſanctiſſimę dei parenti haud dubie eſt idul
tum. Et ſi glorioſę virginis Catherinę corpus exanime curauit Sancta Catherina.
deus angelico miniſterio tranſferri ab Alexandria Aegypti i ca
cumen et verticem mõtis Sinæ:decuit ne rediuiuum ſanctę dei
parentis corpus cœleſtium ſpirituum famulatu/ſublimius defer
ri & æditiore reponi loco:vtpote in cœleſtis Hieruſalem et mõ
2 tis domini culmine? ¶Secunda ratio. De ſacratiſſimo Chriſti
corpore prænunciatum eſt a propheta. Non dabis ſanctum tu- Pſal. 15
um videre corruptionem. & id quidem completum eſt/quando
iam exangue et exanimatum ſepulchro conditum eſt:vbi reſo
lutionẽ in cineres et puluerem nõ eſt paſſum/ſed tertia die redu
ctũ ad vitã. Atqui ſacroſanctũ Chriſti corpus de ſuperſanctę vir-
ginis MARIAE carne & ſubſtãtia ſumptum eſt. Igitur propter
hanc identitatẽ ſubſtantialem qua Chriſti caro eſt virginis ma
tris caro:neq; deus dedit ſanctum virginis corpus videre cor-

ruptionē. vt ſecūdo loco illud pſalmi oraculū: de ſacro virginis
corpore etiam dictū/ pie intelligatur. Nam propter naturæ cō-
formitatem/dignitas corporis Chriſti non repugnans cōditio-
ni virginali: etiā debet attribui ſacro virginis corpori. Hæc au
tem conditio/ vtpote non vidiſſe corruptionem putrefactionis
per acceleratā reſurrectionē: haudquaq̄ repugnat virginis ma-
tris naturę. ¶ Tertia ratio. Corpora ſanctorū in terris diuina di 3
ſpenſatione dimiſſa: cū magna religione honorātur a populo/
deo ita diſponente. vt ex illorū pręſentia et virtutū recordatio-
ne efficacius incitentur homines ad vitam ipſorum imitandā:
et ex ipſorum veneratione impetrent facilius illorū apud deum
patrocinia atq; ſuffragia. Vult enim deus in ſanctis ſuis ita lau-
dari/& ad conſolationē noſtram erigēdāq; ſpem: reliquit nobis
ſacros cineres beatorum & reliquias/ quibus freti imploremus
illorum opem et orationum ſubſidium. Atqui ſacratiſſimę vir-
ginis corpus nuſq̄ terrarū huiuſmodi veneratione colitur/non
cōfluunt ad illud cateruatim aut certatim populi/nulla ſuſcipit
ad idem cū pia religione viſitandum peregrinatio aut votum:
quinimmo nullę ipſius ſuperſtites apud nos feruntur eſſe re-
liquię. Id igitur argumentum eſt: illud ſacroſanctū dei habita-
culū nequaq̄ in terris eſſe dimiſſum. Alioqui ipſum inhonora-
tum non relinqueret deus: ſed ampliore q̄ queuis alia ſanctorū
corpora (vt par eſt) honore atq; reuerentia coli/ frequentari/&
viſitari curaret. ¶ Quarta ratio. Beatiſſima virgo MARIA di- 4
uina dignatione exempta eſt a maledicto irrogato Euę/& cun-
Gene. 3. ctis matribus poſt eā futuris: vtpote / in dolore paries filios tu-
os. Nempe ipſa filium ſuum peperit ſine dolore: quinimmo cū
ineffabili mentis gaudio. Igitur conſimili iure etiam excepta
eſt a maledicto/Adę et vniuerſis hominibus ab eo ducentibꝰ
carnis originem illato: ſcilicet/puluis es & in puluerem reuerte
ris. Quare eius ſacroſanctum corpus haudquaq̄ ſuſtinuit reſo-
lutionem in cineres & fauillam. Neq; id mirum. nā benedictio-
nis eſt filia: & diuina benedictione pręuenta. ¶ Quita ratio. Ex 5
præcedētibus puriſſimę virginis priuilegijs: poſſumus ſine offē
diculo & deuio erroris diiudicare de ſequentibꝰ. quandoquidē
perfecta dei ſunt opera/qui quod mirabiliter inchoat: mirabiliꝰ
Deute. 32. continuat/& mirifice perficit atq; conſumat. Atqui conſpicimꝰ
beatæ virgini in ipſo primo exortu id ſingulare indultum do-
num: immunitatis ſcilicet a peccato originali. Videmus etiam
in progreſſu vitę illius ipſi præſtitum munus maternitatis cum
virginali integritate: vt mater dei effecta ſit/& tamen ſemper
virgo permanens incorrupta. Igitur colligere debemus in exi-
tu totius opificij conſumatorio/non defuiſſe etiam artificē dei
ſapientiam/omniefficacem potentiam/& munificentiſſimā bo-

nitatem: qua ſacratiſſimum corpus eius pręſeruatum ab omni
labe in vita/etiam cuſtodiuerit poſt mortem intactum a corru-
6 ptione/ & reſuſcitatum ſubuexerit ad regnum gloriæ. ¶Sexta
ratio. Induſtrius artifex ſplendidam domum quam magnifice
conſtruxit/ pro virib⁹ cõſeruat integram: neqꝫ ſinit in ea quicq̃
minitari ruinam/ aut in terram collabi. quinimo ſi quippiã ve-
tuſtate aut caſu aliquo corruerit peſſum: operoſius & magnifi-
centius inſtaurat. Atqui diuina ſapientia/ ſacratiſſimę virginis
corpus ædificauit ſibi domum : i qua deligeret habitaculum & Prouer.9.
manſionem haberet/& ſuffulſit eam ſeptem columnis ſeptifor-
mis gratiæ ſpiritus. Non igitur permiſit illa omniartifex ſapien
tia tã nobile ædificium tãta operoſitate & magnificentia extru-
ctum: collabi in putredinem/ aut vetuſtate exedi/ aut abſumi
carie. quinimmo ex ineluctabili naturę conditione collapſum in
mortem/ per diſſolutionem animæ ad tempus factã: magnificẽ-
tius inſtaurauit/& longe q̃ antea inſigni⁹. Contulit enim illi in-
corruptibilitatem & inconſumptibilitatem/ neqꝫ in terris illud
amplius ſed in cœlo collocauit: vbi iugis eſt ſecuritas integrita-
7 tis/& durationis perpetuæ. ¶Septima ratio. Dominus noſter
inter cætera vitæ æternę capeſſendę præcepta/iuſſit parẽtes ho Exodi.20.
norari. & idem ſuo compleuit exemplo: glorioſæ matri ſuæ ſub- Lucę.2.
dit⁹ in hac vita/& illius etiã i ipſo mortis articulo ſolicit⁹ i cru- Ioan.19.
ce. Quam igitur tantopere veneratus eſt/q̃diu ipſa vitam egit
in terris: putas poſt tranſitum ex hoc mundo neglexiſſe? atqꝫ
permiſiſſe corpus illius in cuius requieuit tabernaculo : redigi
in putredinẽ/aut fauillam reſolui? Non eſſet hoc ſane filij reue-
rentis in parentem tam ſanctam/ officium. Honorauit igit̃ ipſã
etiam poſt mortem/ & corpus illius integrum a corruptione ſer
uauit : non quidem terra obrutum/ ſed ad cœli ſublimia ele-
uatum.

¶Auguſtini authoritate: etiam oſtẽdi glorificationem ſacroſã-
ctæ virginis in corpore & anima. CAP.XIII.

REliquũ eſt beati Auguſtini authoris celeber-
rimi teſtimonio eandem approbare ſenten-
tiã: de cõpleta atqꝫ integra beatæ MARIAE
virginis glorificatione in cœleſti curia. qui in
opuſculo de aſſumptione deiparę matris prę-
claro ſane & luculento/validiſſimis id ratio-
nibus aſtruit: quæ breui compendio hic con-
ſtringuntur/ nõ eodem ſemper verborum cõ-
1 textu/ſed ſeruato propemodũ ſimili ſenſu. ¶Prima igitur ei⁹ ra
tio eſt. Putredo & vermis: humanæ eſt opprobrium conditio-
nis. a quo opprobrio cũ IHESVS ſit alien⁹/natura MARIAE
etiam excipitur: quam IHESVS de ea ſuſcepiſſe probatur. Ca-

ro enim IHESV: caro eſt MARIAE. & multo ſpecialius/ q̃ Io-
Gene. 37. ſeph: Iudæ/ cæterorumq; fratrũ eius/ quibus dicebat. Frater enĩ
& caro noſtra eſt. Caro enim Chriſti quis gloria reſurrectionis
fuerit magnificata/ & potenter ſuper omnes cœlos aſcenſione
glorificata: eadem tamẽ carnis manſit & manet natura/ quę ſu
Pſal. 15 ſcepta eſt a MARIA. Et illa in Chriſto non vidit corruptionẽ:
vt ait ſcriptura. neq; igitur in ſacroſancta eius matre/ eadem ſe-
cundum vnitatem corporalis ſubſtantiæ & naturę: redacta eſt ĩ
cineres. ¶ Secunda eius ratio. Si Chriſtus voluit integrũ MA- 2
RIAE virginitatis ſeruare pudorem: cur non velit incorruptam
a putredinis ſeruare fetore? Qui enim in vita præ cęteris illam
gratia ſui cõceptus honorauit: piũ eſt credere ſingulari ſalua-
tione etiam eam ĩ morte & ſpeciali gratia honoraſſe. Potuit enĩ
eam a putredine & puluere alienam facere: qui ex ea naſcẽs po-
tuit virginem relinquere. Q; ſi potuit & voluit: cur idem nõ p̃-
ſtitit? qui fecit ſanctæ virgini magna in vita: cur itidem in mor-
te eidẽ non fecerit magna qui potẽs eſt? ¶ Tertia Auguſtini ra 3
tio. Beatę virginis anima excellentiori quadam ſpecialiq; prę-
rogatiua a filio honoratur: poſſidens in Chriſto corpus ſuũ qđ
genuit/ clarificatum in dextera patris. & ſi non ſuum per quod
genuit: tamẽ ſuum quod genuit. Et quare non ſuum: per quod
genuit? Si non obuiauerit necdũ perſpecta authoritas: vere cre
do/ & per quod genuit. quia tãta ſanctificatio: dignior eſt cœlo
q̃ terra. thronum dei/ thalamũ domini/ domum atq; tabernacu
lum Chriſti: dignum eſt ibi eſſe/ vbi ipſe eſt. Tam precioſum the
ſaurum: dignius eſt cœlo ſeruari q̃ terra. Tãtam integritatẽ me-
rito incorruptibilitas: non putredinis aliqua reſolutio ſequi-
tur. Iſtud ergo ſacratiſſimum corpus de quo Chriſtus carnẽ aſ-
ſumpſit/ & diuinam naturam humanę vniuit/ eſcam vermib9
traditum quia ſentire non valeo: dicere pertimeſco in commu-
ni ſorte putredinis/ futurum de vermibus puluerem. ¶ Quarta 4
Ioan. 17. eius ratio. Orauit dominus patrem pro diſcipulis dicens. Pater
quos dediſti michi: volo vt vbi ſum ego/ & illi ſint mecũ: vt vi-
deãt claritatem quam dediſti michi. vbi de iis loquitur qui hic
ſibi fide iũcti: vnum cum eo eſſe per gratiam & amorem digni
iudicanť. Si igitur eos ſecum habere vult: & hoc poteſt qui om
nia poteſt quid ęſtimandum eſt de matre: vbi digna ſit haberi
Ioan. 12. niſi in præſentia filii? Rurſum alio loco ait. Qui michi miniſtrat:
me ſequatur. & vbi ego ſum: ibi & miniſter me9 erit. Si hæc eſt
generalis ſententia omnium/ per fidem & bonam operationem
deo miniſtrantium: quanto magis quodam modo & ſpecialiter
eſt beatæ virginis? MARIAM namq; operis exhibitiõe & fidei
rigidiſſima veritate miniſtram Chriſti fuiſſe: omnis qui ſane ſa-
pit intelligit. vt diffuſe & preclare deducit Auguſtinus per to-

tam Chriſti vitam: miniſteria illi a matre exhibita/ & ſolidiſſi-
mam ipſius fidem de indubitata filij ſui diuinitate latius expli
cans. Deinde ſubnectit. Ecce igitur MARIA fide & opere/ Chri
ſti adminiſtratrix/ & deuota vſq; ad mortem eius ſecutrix/ non
plus greſſu q̄ imitationis affectu/ credendum eſt ſi ibi non fue
rit vbi Chriſtus miniſtros ſuos vult eſſe: vbi ergo erit? & ſi ibi
erit: nunquid æquali gratia? et ſi æquali gratia: vbi ęqua dei cē
ſura/ quæ vnicuiq; reddit ſecundum ſua merita? Si igitur mini-
ſtri cęteri in anima ſūt cum domino: certe ipſa cęteris ſuperior/
in corpore & anima erit cum eo. ¶ Quinta eius ratio. Si me-
5 rito MARIAE viuēti præ omnibus donata eſt gratia: mortuæ
erit minuenda? Abſit. Quia ſi omnium ſanctorum mors eſt p̄- Pſal.115.
cioſa: MARIAE ſane eſt precioſiſſima. quam tāta comitata eſt
gratia: vt mater dei dicatur & ſit. Quod enim abſq; vlla dubie
tate ſoluendum eſt in mortem: poſt mortem eſt futurum putre
do/ poſt putredinem vermis/ poſt vermem (vt dignum eſt) abie
ctiſſimus puluis. Quod de MARIA non videtur conſentibile:
quia ęſtimationem procul pellit incomparabilis gratiæ munꝰ.
Cōſyderatis igitur his (inquit) vniuerſis: vera ratione confiten
dum cenſeo/ MARIAM in Chriſto et apud Chriſtum eſſe. In
Chriſto: quia in ipſo viuimus/ mouemur/ & ſumus. Apud Chri Actu.17.
ſtum: glorioſe ad ęternitatis gaudia aſſumptam / benignitate
Chriſti honoratius ſuſceptam cęteris: quam hic gratia hono-
rauit prę cęteris. atq; ad communem humilitatem non eſſe ad-
ductam poſt mortē: putredinis ſcilicet/ vermis & pulueris/ quę
6 ſuum & omnium genuit ſaluatorem. ¶ Sexta eiꝰ ratio: nōnul-
lis innitens ſcripturę exemplis. Si in poteſtate Chriſti eſt/ ſan-
ctorum de capite capillum non perire: eſt & illam anima & cor Matth.10.
pore integram poſſe ſeruare. De cuius poteſtate ſi nullus dubi-
tet eccleſiaſticorum/ quin poſſit matrem ſine corruptione ī per-
petuum ſeruare: cur dubitandum eſt eum id voluiſſe/ quod at-
tinet ad tantę benignitatis gratiam? Si elegit diuina volūtas/
ſola gratia inter crepitantes vehementium ignium flammas
non ſolum puerorum corpora ſeruare illęſa/ verum & ipſa ve- Danie.3.
ſtimenta ſeruare inuſta: cur abnuat in matre propria/ quod ele
git in veſte aliena? Ionam ſeruare in vētre ceti pręter naturalē Ionę.2.
vſum voluit incorruptum ſola miſericordia. MARIAM incor-
ruptam præter naturam non ſeruabit gratia? Seruatus eſt Da- Dani.6.
niel ab intemperatiſſima fame leonum. non ſeruanda eſt MA-
RIA tantis dotata meritis dignitatum? hęc ſolius gratię ſunt q̄
diximus: quia ea naturam non ſeruaſſe cognoſcimus. ſic ī MA
RIAE integritate plus potuiſſe gratiam q̄ naturam: non dubi-
tamus. Diuinitatis enim ſunt opera quæ dicimus: & ideo poſſi-
7 bilia/ quia ſunt ab omnipotentia. ¶ Septima eius ratio. Quan

tum Chriſti poteſtas poſſit: mundi oſtendit vniuerſitas. quan-
tum gratia: MARIAE oſtēdit integritas. quæ ſicut diuerſa eſt
a natura: ita diuerſa eſt ab vſu. Quid ergo ſi in tanta diuerſita-
te eam dicimus humanę ſortis mortem ſubijſſe/ nec tamen eiꝰ
vinculiſ retineri: per quam deus voluit naſci & carnis ſubſtan-
tię communicare/ nunquid impiū erit? Scimus eni IHESVM
Matth. 28. omnia poſſe. qui de ſeipſo ait. Data eſt michi omnis poteſtas in
cœlo & in terra. Nunquid item non pertinet ad benignitatem
Matth. 5. domini/ matris ſeruare honorem: qui legem non ſoluere vene-
rat: ſed adimplere? Lex enim ſicut honorem matris pręcipit:
ita inhonorationem damnat. Ex quibus Auguſtini verbis: hoc
pacto contexi poteſt hęc poſtrema ratio. Potuit Chriſtus matrē
ſuam ſeruare integram a corruptione corporis: quia omnipotēs
eſt. Sciuit & modum atqꝫ rationem qua id efficeret: quia ſum-
1. Corin. 1. me ſapiens eſt/ virtuſqꝫ & ſapientia dei patris. Illud quoqꝫ vo-
luit: quia omnibonificus eſt & benignus. Idem etiam decuit:
quia pręcepit matrem honorari/ vt hunc matri impenderet ho-
norem: qui congruentiſſimus eſt/ rectęqꝫ rationi conſentaneus.
Ergo & illud effecit: ipſamqꝫ integram corpore ſine putrefactio-
ne ſeruauit in æterna gloria ſublimatam. Dei enim perfecta ſūt
Deute. 32. opera: & omnes viæ eius iudicia. Eſt igitur indubitato ſentien-
dum id de matre dei/ regina cœli/ domina mundi. de qua (in-
quit Auguſtinus) vt iam dixi/ quia aliter ſentire non audeo: ali-
ter dicere non pręſumo. Cæterum harum rationum vim/ effica-
ciā/ atqꝫ robur apertius cognoſcet: qui eas in ſuo primitiuo au-
thore & ſupradicto Auguſtini opuſculo ad plenum lectitaue-
rit. haurietqꝫ longe maiorem dulcedinem/ ſi aquam hanc ſalu-
tarem ex ipſo fōte pleno potauerit: q̄ ſi hoſce dumtaxat ex illo
ductos libauerit riuulos.

¶ Qꝫ beata virgo ī corpore glorificato demum aſſumpta: dia-
demate principatus cœleſtis ſit coronata. CAP. XIIII.

DEmum ſacratiſſima virgo ad vitā perpetuam
(vt dictum eſt) reſuſcitata: ī ſummo glorię cœ-
leſtis poſt deum ſolio ſublimata eſt/ cœlorūqꝫ
regina & mundi totius domina conſtituta/ &
diademate beatitudinis ęternę in principatus
accepti ſignum coronata. Completa ſane tunc
eſt supernę ciuitatis curia/ quæ prius quidē re-
gem gloriæ dominum noſtrum gloria & hono-
re coronatum ſuſceperat: ſed hactenus reginæ
ſuę præſentia & poteſtate caruerat/ deſtitutaqꝫ fuerat. Nunc ve-
ro ſuum accepit complementum integre/ cum eam ingreſſa eſt
inſigni honore & gloria/ regina ſua clariſſima: & corona preci-

oſis gemmis inſigni decorata/ circũamicta admirabili ſtola glo riȩ/et ſceptro dominationis in totũ orbẽ: a deo donata. Quo circa non exigua eſt nec pauci momenti hæc aſſumptionis ce lebritas:quȩ glorificationem tantæ virginis cõmemorat/& ho norificam eius in ſuperna Hieruſalem coronationem.quinim mo cȩteras eiuſdem virginis ſolennitates eo ipſo lõge ſuperat: q̃ illȩ aut exortum eius vt conceptionis/& natiuitatis feſtũ/aut aliquod myſterium circa ipſam in vita geſtum: vt annuncia tionis/ viſitationis/ & purificationis/ honorant. Hæc vero feſta dies/ omnia ante acta fœlici claudit exitu:& ſubleua tam ad aſtra beatam virginem prædicat.atq; poſt bonum prĩ cipium/meliuſq; medium:optimum eiuſdem finẽ extollit et ef fert.vt quemadmodum perfectum omne/ternario:principio ſci licet/medio/et fine clauditur.ita & ſacratiſſimȩ virginis perfe ctio recte inchoata/ſanctiuſq; continuata:hoc glorificationis fi ne/fœliciſſime abſoluatur & conficiatur. Eſt igitur merito hoc terminale et omnium conſumatorium feſtum/præ cæteris colẽ dum beatæ virginis ſolennitatibus: et honoratius celebran dum/ob amplitudinem gloriæ cœleſtis atq; magnitudinẽ:quã hodie percepit/ & qua omnes ſanctorum ordines(ceu lampas ſolaris totum orbem)noua quadam beatificæ lucis claritate illu ſtrat.Cuius ſane glorię exuberantiam admirans Bernard9: ait. Bernardus
Chriſti generationem & MARIAE aſſumptionem quis enarra bit? Quantum enim gratię adepta eſt præ cæteris hominibus: tantum etiam ĩ cœlis obtinet glorię ſingularis.Q; ſi oculus nõ 1. Corin. 2.
vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis aſcenderunt quȩ p̃ parauit deus diligentibus ſe:quid ergo præparauit gignenti ſe et plus omnibus diligenti?Fœlix plane MARIA:fœlix cœli re gina/ & mundi domina. Fœlix cum concepit ſaluatorem: fœ lix cum excipitur a ſaluatore.Rurſum idem in ſermone de aſſũ ptione glorioſȩ virginis. Si paruuli necdum nati Ioãnis anima Lucȩ. 1.
liquefacta eſt/vt MARIA locuta eſt:quæ tunc fuit exultatio ci uium cœleſtium/cum & eius vocem audire/ & faciem videre/ eiuſq; præſentia beata frui meruerunt in cœlo:noua & ineffabi li eius gloria decorati/& immenſa eius luce perluſtrati?Rurſum idem in ſolennitatis eiuſdem ſermone.MARIAE præſentia to tus illuminatur orbis:adeo vt ipſa cœleſtis patria clari9 rutilet/ virgineæ lampadis illuſtrata fulgore.Siquidem glorioſa virgo dum cœlos aſcẽdit:etiam ſupernorum gaudia ciuiũ copioſis au gmentis cumulauit.Accedit eidem & Auguſtinus: dicẽs de ea Auguſtin9
dem ſolennitate.Ipſum cœlũ quod penetraſti O MARIA/ nec non quæ in eo contenta ſunt:noua & ineffabili gloria decoraſti. prioremq; eius gloriã:vltra q̃ dici poteſt/tua præſentia magni ficaſti. noua illic ac præcellenti dignitate irradias omnibus:

Gregorius immēſaq; luce cuncta perluſtras. Deniq; Gregorius de eadem
aſſumptionis celebritate loquens/ait. Glorificemus virginem:
quam hodie paradiſus excepit gaudens/quam angeli cum lau
dibus proſequuntur/quam archangelorum chorus veneratur:
quam martyres beatificant candidati/ quam ſanctorum confeſ
ſorum ſtolatus concelebrat numerus/cui hodie ſanctarum vir-
ginum cum ſuis palmis victricibus exultans occurrit exercitus.

¶ Porro hæc glorioſiſſima reginę cœli coronatio/pſignata eſt
Heſter.2. typo quodam et figura per Heſter:quæ erat(vt dicit ſcriptura)
pulchra nimis et decora valde.& rurſum.erat formoſa et incre
dibili pulchritudine:& omnium oculis gratioſa & amabilis vi-
Ibidem. debatur.Cumq; ducta eſſet ad cubiculum regis Aſſueri:adama
uit eam rex ſuper omnes mulieres/habuitq; gratiam & miſeri-
cordiā coram eo ſuper omnes mulieres. & poſuit diadema re-
gni in capite eius:fecitq; eam regnare in loco Vaſthi. Et iuſſit
conuiuium præparari permagnificum cunctis pricipibus et ſer-
uis ſuis:pro cōiunctione & nuptijs Heſter.Et dedit requiē vni-
uerſis prouincijs:ac dona largitus eſt iuxta magnificentiā pri-
cipalem.Quid enim formoſitas illa et ſpecies Heſter tantopere
commendata aliud inſinuat:niſi pulcherrimum virtutum om-
nium decorem/in ſacroſancta virgine cumulatiſſimum/qui ta-
men admiranda etiam corporis ſpecioſitate non erat in ea de-
ſtitutus:vt fuerit ipſius gratior in pulchro veniens in corpore
virtus.Introductio vero ipſius Heſter in cubiculum regis Aſ-
ſueri innuit introitum ac ingreſſum ſanctæ dei matris in ęthe-
reum thalamum per aſſumptionis gloriam/vbi adamauit eam
rex ille regum: ſuper omnes.nam in veri amoris argumentū:
cæteris omnibus ipſam ſublimius eleuauit in gloria. Et ſane ſu
per omnes inuenit illa gratiam & miſericordiam coram domi-
no tunc in cœleſti Hieruſalem:quia atteſtante angelo/cum ad-
Lucę.1. huc præſentem incoleret vitā/ inuenit gratiam apud dominū.
Poſuit etiam tum dominus dominorum diadema regni in capi
te eius:quoniam corona gloriæ inſigniuit illam/& coronā pul-
chritudinis poſuit ſuper caput eius.per quā data eſt illi poſt deū
Quomodo poteſtas in cœlo & in terra.Quid vero conuiuium illud Aſſueri
Heſter deſi ſplendidum quod iuſſit magnifice apparari/aliud nobis ſignifi
gnauit MA cat:q̄ nouam in regno cœlorum/ſpirituum ſanctorum refectio-
RIAE i cœ nem/internamq; diuinæ dulcedinis deguſtationem:ex tam ſā-
lis corona- ctæ virginis pręſentia & eximia celſitudine omnibus inſtillatā/
tionem. ob ſuſceptionem illius vnicę & ſingularis ſponſę in thalamum
regis:quæ ſpiritualibus nuptijs ęterno ſuo ſponſo indiſſeparabi
liter eſt coniuncta.At vero requies prouincijs data ab Aſſuero:
deſignat pacis & tranquillitatis munera/in orbem terrarum ob
hęc ſancta nuptiarum fœdera inter dulciſſimum ſponſum & ſuā

ſponſam/animabus ſanctis tranſmiſſa. Deniq; ꝙ dona largitus eſt Aſſuerus pro magnificentia principis: oſtendit ſpiritualium donorū chariſmata/ poſt huius reginæ glorificationem in totā cœli curiam & pręſentē (quæ adhuc in procinctu belli ſtat) eccleſiam/pro diuina munificentia largius diſtributa. impetrante huiuſmodi elargitionē ſuis precibus: excelſa cœlorum domina. quemadmodum poſtq̄ Chriſtus aſcendit in altum & captiuam duxit noſtrā captiuitatem: dedit dona hominibus. Ephe.4. Vides igitur quonam pacto magna decentia & cōcinnitate: figura ſuę reſpondet veritati.

¶Quomodo virgo beata eſt mulier amicta ſole/luna ſub pedibus eius: & corona ſtellarū duodeci in capite eius. Cap.XV.

VErum vt inſignior huiuſce reginæ in cœlis coronatæ claritudo & eminētia dilluceat: adaptandū ei merito videtur/quod Ioannes ſcribit in Apocalipſi. Signū magnū apparuit in cœlo. mulier Apoca.12. amicta ſole/ & luna ſub pedibus eius: & in capite eius corona ſtellarū duodecim. Certe magnū illud ſignū in cœlo cōſpicuū fuit: ꝙ mulier e terra formata/ſuper omnes angelorū ſedes ſubleuata enituit. ꝙ terra ſuper cœlos exaltata/ꝙ magnificentia vnicæ & ſingularis virginis: eleuata ſit ſuper cœlos. vt quæ naturę cōditione ima eſt / & omnium ſubſidens pedibus: tranſcendat & ſupergrediatur omnes cœlorū orbes. quæ abiectiſſima fuerat caro/ pulueriſq; & cineris putredini per condēnationē obnoxia: abrupto illius obligationis vinculo/ ſpiritibus omnibus angelicis longe ſupereemineat. Et quod (inquies) eſt ſignū illud magnum & nouū: quod in hac aſſumptiōis celebritate apparuit in cœlo? Mulier amicta ſole. Hæc ſane mulier eſt per ſingularem quandam pręcellentiā ſacroſancta virgo MARIA: quæ (vt ait Bernardus in pręclaro quodam ſermone de aſſumptione: accō- Bernardus modans ſupradicta diuinæ reuelationis verba eidē virgini) iure perhibetur ſole amicta: quæ profundiſſimā diuinæ ſapientiæ vltra q̄ credi valeat/ penetrauit abyſſum. vt quantū ſine ꝑſonali vnione/ creaturæ conditio patitur: luci illi inacceſſibili videatur immerſa. Neq; id mirum: ꝙ mulier hæc amicta ſit lumine tanq̄ veſtimento. Veſtiuit enim ipſa prius ſolem: & nunc contra veſtitur ab eo. Veſtiuit quidē ſolē ſubſtantia carnis: & veſtit eam nunc ſol gloria ſuæ maieſtatis. Veſtiuit ante ſolem nube: & nunc a ſole veſtitur immenſa cœli claritate. Nec id ſolum: ſed & luna ſub pedibus eius. luna inquam: defectus & corruptionis. Nam (vt eo in loco dicit Bernardus) defectus omnis ſub ea. & quicquid fragilitatis ſeu corruptionis eſt: excellentiſſima quadam ſublimitate præ cęteris omnibus excedit & ſuper-

greditur creaturis. Qꝫ ſi per lunam/ſtultitiam mentis acci-
pis: queadmodum nõnũꝗ in ſcriptura, vt cum dicit Sapiens: ꝙ
Ecci.27. ſtultus vt luna mutatur/ſapiens autẽ permanet vt ſol. & hęc lu-
na ſub beatę virginis eſt pedibus: quia inſipientia omnis longe
ab ea dimota eſt/ vt penitus abſit hęc ab inſipientiũ mulierum
Matth.25. numero/& collegio virginũ fatuarũ. Quomodo enĩ inſipientię
in ea locus eſſet: quæ Chriſtũ dei ſapientiã caſtis geſtauit viſce-
ribus/& mundo lumen æternũ effudit/ Accedit & tertius ſacro-
ſanctæ virgini ornatus/cęteris duobus non inferior: vtpote co-
rona ſtellarũ duodecim in capite eius. hoc eſt regiũ diadema:
quo inſigniuit eam rex gloriæ. Hæc corona auro/ argento gẽ-
miſqꝫ precioſior: nõ ex ſenſibili materia compacta intelligatur/
ſed ſpirituali fabrica. Et plane in loco ſupradicto Bernardus per
iſtas duodecĩ ſtellas: duodecĩ pręrogatiuas gratiarũ intelligẽ-
das ediſſerit/quibus MARIA ſingulariter adornatur. Siquidẽ
Bernardus (inquit) inuenire eſt in virgine MARIA pręrogatiuas cœli/ prę
rogatiuas carnis/pręrogatiuas cordis. Et ſi fuerit ternarius iſte
per quaternariũ multiplicatus: habemus ſtellas duodecim/qui-
bus reginæ noſtræ diadema pręfulgeat vniuerſis. Michi ſane
ſingularis rutilat fulgor: primo quidẽ in MARIAE generatio-
ne/ſecundo in angelica viſitatione/ tertio in ſpiritus ſuperuen-
tione/quarto in filij dei inenarrabili conceptione. Sic & in his
quoqꝫ ſydereũ irradiat decus: ꝙ virginitatis primiceria/ꝙ ſine
corruptione fœcunda/ꝙ ſine grauamine grauida/ ꝙ ſine dolo-
re puerpera. Nichilominus etiã ſpeciali quodã ſplendore in
MARIA choruſcãt: manſuetudo pudoris/deuotio humilitatis/
magnanimitas credulitatis / martyriũ cordis. Hęc Bernardus.
Et deĩde ſingulatim has duodecim ſtellas latius explicat: quas
& nos paucis hic ſecũdũ eius ſententiã perſtringemus/diffuſio-
rem earũ explanationẽ ex loco ſupradicto requirendã profiten-
Quæ ſunt ſtellæ duodecĩ MARIAE corona rutilãtes. tes. ¶Itaqꝫ prima harũ ſtellarũ emicat in MARIAE generati- 1
õe. ꝙ ex regibꝰ orta/ꝙ ex ſemine Abrahæ/ꝙ generoſa ex ſtirpe
Dauid. ꝙ longe ante ob ſingulare priuilegiũ ſanctitatis: eiſdem
antiquis patribus eſt cœlitus repromiſſa. ꝙ myſticis pręfigura-
tã miraculis/ꝙ oraculis pręnunciata ꝓpheticis. ¶Secũda ſtel- 2
la effulget in angelica viſitatione. qua tam reuerẽter & officioſe
ab archangelo ſalutata eſt: vt iam in regali ſolio (inquit) ſupra
omnes cœleſtiũ ordines legionũ exaltatã cernere videretur/ &
paulominus adoraturus fœminã: qui ſolebat ab hominibus ha-
ctenus æquanimiter adorari. vnde nobis excellentiſſima beatæ
virginis dignitas & ſingularis gratia: mirifice commendatur.
¶Tertia ſtella refulget in ſpiritus ſancti ſuperuentione/ & no- 3
uo illo conceptionis modo. quo nõ in iniquitate queadmodum
cęteræ õnes: ſed ſuperueniente ſpiritu ſancto/ ſola & de ſola ſan-


ædificatione conciperet. hoc enim nouum erat ſignũ: quod dñs
multo ante de cœlo promiſerat. Ecce virgo cõcipiet & pariet fi- Eſa. 7.
4 lium. ¶ Quarta vero ſtella clarius emicat in filij dei conceptio-
ne. nam ꝙ verum deum & dei filiũ concepit & genuit/ vt idem
ipſe dei atq; hominis filius/ vnꝰ oĩno deus & homo prodiret ex
MARIA: abyſſus eſt luminis. nec facile dixerim: ꝙ vel ãgelicus
5 oculus ad huius fulgoris vehementiã nõ caliget. ¶ Quinta ſtel-
la huius coronæ virginalis: eſt virginitatis primitiua oblatio.
Nam virginitatẽ carnis & propoſitũ virginitatis: ipſius quoq;
propoſiti nouitas vehemẽter illuſtrat. ꝙ videlicet ĩ libertate ſpi
ritus/ legis Moſaicæ decreta tranſcendens: illibatã deo corporis
6 ſimul & ſpiritus ſanctimoniã vouit. ¶ Sexta ſtella eſt: ſine cor-
ruptione fœcũditas. Nam & hanc benedictionẽ obtinuit: ꝙ fœ-
cunda prole fieret. & illam non amiſit: ꝙ virgo permaneret. vt
longe glorioſior facta fuerit virginitas ex fœcũditate/ et ex vir-
ginitate fœcunditas: ac mutuis ſeſe radijs illuſtrare hæc duo ſy
dera videantur. Magnum enĩ eſt: virginem eſſe. ſed virginem
7 matrẽ eſſe: longe amplius per omnẽ modum. ¶ Septima ſtella
eſt: ſine grauamine/ prolis in vtero geſtatio. Nam moleſtiſſimũ
illud tędiũ quo reliquę õnes grauidę mulieres laborare noſcun
tur: iure ſola nõ ſeſit/ quę ſola ſine libidinoſa voluptate cõcepit.
Vnde & in ipſo ſuę cõceptionis initio/ quando potiſſimũ cęterę
mulieres miſerabilius affligũtur: MARIA tota alacritate mon- Lucę. 1.
tana cõſcendit/ vt Elizabeth miniſtraret. Sed & aſcendit Beth-
leem ĩminente iam partu: portans precioſiſſimũ illud depoſitũ/ Lucę. 2.
8 portans onus leue/ portans a quo portabatur. ¶ Octaua ſtella
eſt: ſine dolore puerperium & partus. Nempe noua exultatione
nouam edidit prolem: ſola inter mulieres a cõmuni maledicto
& dolore parturientiũ aliena. Si rerum (inquit) precia de rari-
tate penſamus: nichil his poteſt rarius inueniri. Siquidẽ in om-
nibus iſtis: nec primam ſimilem viſa eſt/ nec habere ſequentem.
9 ¶ Nona ſtella coronæ virgineę: eſt manſuetudo pudoris & ve-
recũdiæ. quę in ipſa beata virgine inſigniter emicuit: vt ex euã-
gelio facile eſt probare. nunq̃ enim & nuſq̃ loquax: nuſq̃ pręſum
ptuoſa fuiſſe depręhẽditur. In omni enim textu quatuor euan-
geliorũ: non niſi quater MARIA loquens auditur. Primo qui-
dem ad angelũ: ſed cũ iam ſemel atq; iterũ eam allocutus fuiſ- Lucę. 1.
ſet. Secundo ad Elizabeth: quando vox ſalutationis eius Ioan-
nem exultare fecit in vtero. & ea magnificante MARIAM: ipſa
magis dominũ magnificare curauit. Tertio ad filium/ cum iam
eſſet annorum duodecim: ꝙ ipſa & pater eius dolẽtes quęſiſſent Lucę. 2.
eum. Quarto in nuptijs ad filium & miniſtros. Hæc autem taci Ioan. 2.
turnitas: quid niſi verecundæ mentis & pudoratæ certiſſimum

eſt argumẽtū/ ¶Decima ſtella eſt:deuotio humilitatis.quæ eui 10
dentius in eius ſermone reſonat:ſicut in ſilentio virginalis ve=
Lucæ.1. recundia. Audierat enim ab angelo. Et quod naſcetur ex te ſan
ctum:vocabitur filius dei. Verū nichil aliud q̄ ancillam eius ſe
eſſe reſpondit. Cum audiuit magna ſanctæ Elizabeth pręconia
ſibi aſcripta:deuota humilitas nichil ſibi paſſa retinere/in eum
magis vniuerſa refudit cuius in ſe beneficia laudabātur. Tu (in
quit) magnificas matrē domini:ſed magnificat anima mea do
minū. In voce mea filiū perhibes exultaſſe in gaudio: ſed exul=
tauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Beatā me eſſe dicis quæ
credidi: ſed beatitudinis cauſa eſt reſpectus diuinæ pietatis. vt
ex hoc magis beatā me dicāt oēs generatiōes:quia ancillā hu=
milem & exiguā reſpexit deus. Merito igitur facta eſt nouiſſi=
ma/prima:quę cum prima eſſet omnium/ſeſe nouiſſimā facie
bat. Merito facta eſt omnium domina:quæ ſe omnium exhibe=
bat ancillam. Merito deniq; ſuper angelos exaltata eſt: quę et
Lucæ.8. infra viduas & pœnitētes/ infra eam de qua exierāt ſeptem dę=
monia/ineffabili ſeſe māſuetudine inclinabat. ¶Vndecima ſtel 11
la diadematis virginalis:eſt magnanimitas credulitatis. Beata
eni (vt ſpiritu ſancto repleta exclamauit Elizabeth) quæ credi=
dit. nam perfecta iam ſunt in ea: quæ dicta ſunt illi a domino.
Ineffabili ſiquidē artificio ſpiritus ſuperuenientis:tantę humili=
tati magnanimitas tanta/ in ſecretario virginei cordis acceſſit:
vt quēadmodū de integritate & fœcunditate prædictū eſt / hæ
quoq; nichilominꝰ ſunt ſtellę ex reſpectu mutuo clariores. ꝙ vi=
delicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatē credulita=
tis:nec magnanimitas tanta humilitatē. ſed cum in ſua æſtima
tione tam humilis eſſet: nichilominus & in promiſſionis credu=
litate magnanimis. vt quæ nichil aliud q̄ exiguā ſeſe reputabat
ancillā:ad incōprehenſibile hoc myſteriū & admirabile cōmer=
cium/ ad inſcrutabile ſacramentū nullatenus dubitaret electā:
& veram dei & hominis genitricē crederet mox futurā. ¶Duo 12
decima ſtella coronæ virginalis eſt martyriū cordis in virgine
dei matre:cū illius anima patiente filio eius in cruce / pertran=
ſiuit gladius doloris. Cęterū ipſius Bernardi verba huiuſce mar
tyrij declaratoria ex hoc loco deprompta: ſuperius adducta ſūt
in libello de dolore beatæ virginis in paſſione filij ſui/ cap.quī=
to. Idcirco ab illorū repetitione (quæ ſuperuacua videri poſſit)
hic ſuperſedemus:ad locū illum/lectorē ſtudioſum remittētes.

¶Altera duodecī ſtellarū coronę virginalis explicatio:& aſſumptionis eius ad Chriſti aſcenſionē cōparatio. Cap.XVI.

AT forte dicet quiſpiã/has duodeci coronę vir-
gineę ſtellas modo ex Bernardo adductas: p-
tinere ad ſacræ virginis pręrogatiuas / quas
hac in vita obtinuit.& ideo ipſas minus con-
gruere ad pręſens negociũ:vbi de magnificẽ-
tiſſima eius coronatione & ſublimi glorifica-
tione agitatur ſermo.Et nos quidẽ nõ inficia-
mur/ huiuſmodi ſingulares excellẽtias ſacro-
ſanctæ dei matris:ad pręſentis vitæ ſtatum pertinere.verũ illas
non ab re hic ſuo digeſtas ordine : vt ex ipſis apertius cogno-
ſcatur copioſa illius merces & gloria in cœlis.Cum enim ex prę
ſentis vitæ operibus & gratiarum muneribus/argui debeat cœ-
leſtis pręmij magnitudo & amplitudo:quis addubitet ipſam ſa
croſanctã dei matrem altiſſimũ conſecutam eſſe gloriæ & hono-
ris faſtigiũ in cœlis/quã deus tanta dotauit gratia/& tantis lo-
cupletauit priuilegijs in terra? Quis ambigat ipſam duodecim
ſingularibus æternę glorię donarijs cumulatam:habere in ca-
pite diadema totidẽ ſtellarum cœleſtium/quæ iam in terris oſtẽ
ſa eſt obtinuiſſe duodecim pręcipua ſpecialis gratiæ priuilegia?
vt cuiq; in terris ſtellæ gratiæ & virtutis: ſua reſpõdeat in cœlis
ſtella glorię & honoris/vt duodenarius itidem ſit ſtellarũ cœle-
ſtis coronę numerus. ¶ Verũtamẽ cui cordi fuerit/poterit & ali
as duodecim ſtellas cõſtituere in corona virginali: ſecundũ gra
dus & ordines ſanctorũ i ſuperna ciuitate ſumptas. quarũ vna-
quęq; particularẽ quandã excellentiã deiparę virginis in p̃ſenti
vita habitam explicat:cui nunc in cœlis adaptatur certa glorię
portio.vt quẽadmodũ ſupereminẽter in ſe ſanctorũ omniũ col-
lectim habuit officia ac opera:dum hic viueret/ſicut in ſuperio-
re opuſculo particulatim eſt declaratũ: ita in cœlis intelligatur Cap. 11.
ſortiri cumulatiſſimã ſanctorũ omniũ gloriã. & vnice in ſe õnẽ
illam habere:quam ſinguli ſparſim obtinent in ſuis ordinibus
1 atq; manſionibus.Prima itaq; ſtella huius coronæ regiæ : eſt
amplior dei participatio.nam diuinitatis circũfuſa fuit lumine:
cũ deũ verũ concepit.& nunc quoq; quanto deo propior:tanto
2 fit ab eo illuſtratior. Secũda.materna dignitas: qua dei mater
enituit.idcirco iure nunc deo proxima:nullo interſtite aſſidet fi
3 lio.Tertia.angelica puritas. immo ſyncęrior q̃ angelorũ: nã in
carne vicia carnis neſciuit. & ideo angelis omnibus/in cœlis
4 eleuatior.Quarta.Patriarcharũ firma fides:quinimo firmior q̃
5 antiquorũ patrũ.& ideo nunc lympidior dei viſio. Quinta.Pro
phetarũ illuſtratio.quin potius ſupra prophetas: nam prophe-
tã prophetarum genuit.idcirco illis tã longe illuminatior.Sex-
6 ta.Apoſtolorũ magiſteriũ.ſed in ipſa q̃ apoſtolis excellentius.
nam apoſtoli orbem terrarũ:ipſa autẽ apoſtolos docuit. Septi-

ma. Euangeliſantiũ officiũ & ſedulitas:qua & euangeliſtis & a= 7
lijs verba vitæ annũciauit. & ergo maior in ea fulgor & clari=
tas:q̃ in ipſis effulget. Octaua. Martyrũ inuincibilis conſtantia. 8
imo in ipſa q̃ martyribus ſolidior:qua pertranſeuntẽ animã ſuã
gladium doloris pertulit. quare & glorioſior eius palma. Nona 9
ſtella huius cõtexendæ coronę:eſt cõfeſſorũ mundi cõtemptus.
ſed in ipſa perfectior:quæ nichil vnq̃ mundani affectus habuit.
& hanc ob rem:plus bonorũ cœleſtiũ merito participans. Deci 10
ma. Virginũ candor eximius. ſed in ea q̃ cęteris virginibus pre=
ſtantior:ꝙ fœcunditatẽ obtinet integritati ſociam. & proinde
Apoca. 14 familiarius/viciniuſq; ſequitur agnũ quocũq; ierit. Vndecima. 11
Nuptiarũ caſtitas. eo ipſo quidem in MARIA q̃ reliquis deſpõ=
ſatis itegrior ac imaculatior:ꝙ intacta/illibata/& virginitati cõ
Sapi. 3. iuncta. Hæc enim vna eſt:quæ neſciuit thorũ in delicto. quocir
ca nuptis omnibus in cœlo ſublimior. Duodecima vero ſtella: 12
eſt viduarũ cœlibatus/ in ſacroſancta virgine q̃ alijs viduis eo
cõmendatior:quo incorruptior atq; icoinquinatior/nullã antea
cõtaminationẽ ſuſtinens:ſed virgineo nitore candide vernãs.
nimirũ igitur viduas omnes in cœleſtis glorię celſitudine ſup=
greditur. ¶ Porro vt ſupradicta glorię ſanctorũ omniũ i ſuper=
beata virgine accumulatio/tanq̃ corona duodenis ſtellis iſigni
ta in capite eius repoſita/ deſcriptione ſenſibili facilius depręhẽ=
datur:cõſtituatur circulus vnus/in cuius circũferentia duodeci deſignẽtur puncta: literis alphabeti ſecundũ ordinẽ ſũptis annotata. A quorũ vno quoq; ducatur linea recta ad cẽtrũ vſq; circuli n. in quo õnes lineæ conueniant.



Manifeſtum eſt omnes illas lineas:aliam & aliam circunferen-
tię partem cõtingere/atq; ſingulas a diuerſis illius ſignis egre-
di.quandoquidẽ quęq; earum ſuum habet punctũ initiale in ea
ſignatum/ab aliarũ punctis omnino diuerſum. Omnes tamẽ in
vnũ coeunt cõueniuntq; centrũ.vt in circũferentiæ explicatiõe
certo quodã interuallo abinuicem diſtantes: complicentur om
nes in centro/eodem claudantur termino/& cõſpirent in vnũ.
Intellige igitur per duodecim illa puncta in circunferentia aſſi-
gnata:duodecim inſignes beatitudinis & gloriæ titulos/paulo
ante explicatos:& in diuerſis ſanctorum gradibus/ordinibuſq;
ſpectabiles.hoc modo.

1	a.	dei participatio.	7	g.	euãgeliſtarũ veritas.
2	b.	materna dignitas.	8	h.	martyrũ conſtantia.
3	c.	angelica puritas.	9	i.	cõfeſſorũ abſtinẽtia.
4	d.	patriarcharũ fides.	10	K.	virginum candor.
5	e.	ꝓphetarũ illuſtratio.	11	l.	nuptiarũ caſtitas.
6	f.	apſorũ magiſteriũ.	12	m.	viduarũ cõtinentia.

Per n. vero centrum circuli in meditullio poſitũ: itellige exubẽ
rantiſſimã ſacroſanctæ virginis gloriã & magnificentiam ſingu
larem.quæ per linearũ omniũ protractionẽ ab ambitu circuli ĩ
punctum illud mediaſtimũ/intelligitur in ſe vnice & cõiunctim
colligere:quicquid gloriæ & dignitatis in diuerſis ſanctorũ or-
dinibus eſt collocatũ.quẽadmodũ datum cẽtrum: omnes a va-
rijs circunferentiæ particulis porrectas/ in ſe conſtringit lineas.
¶Q; ſi idẽ in numerali paradigmate cõſpicari libet:ſumãtur ſe-
cundũ naturalem ordinem numeri ab vnitate ad duodenariũ
vſq;. hoc pacto.

1	2	3	4
5	6	7	8
9	10	11	12

Deinde ſecundum progreſſionis in
pari numerorũ ſerie faciendæ legem:
cõiungatur primus datorũ numero-
rum cũ vltimo ſcilicet 1. cũ 12. & fit
per additionem : numerus 13. Qui aggregatus multiplicetur
per medietatem numeri ipſius ſeriei:vtputa ſenariũ (ſunt enim
dati numeri duodecim)& producitur 78.omniũ datorũ nume-
rorum ſimul aggregatorũ ſumma. Intelligãtur igitur numeri illi
primo dati & ſingulatim ſumpti/nobis deſignare duodecĩ ſan-
ctorum in gloria cœleſti dignitates & honorificos gradus:quo-
rum alij alijs cõueniunt ſecundũ cuiuſq; ordinẽ & ſtatum. Nu-
merus vero totus ex illis duodecĩ ſimul ſumptis prouenіẽs/ſcili
cet 78.deſignare putetur beatiſſimæ virginis gloriã inſignẽ/&
ingenti bonorũ affluẽtia cumulatiſſimã. Sane quẽadmodũ per-
ſpicitur in propoſito numerorum exemplo/totus numerus 78.

cõuoluere atq; cõplecti õnes illos particulares numeros: ex quorum coaleſcentia ſurgit. & eorũ quiſq;: longe inferior eſt illo dato numero / magnoq; iterſtitio ab eo diſtat. ita & ſacratę dei matris gloria cõplicat in ſe beatorũ omniũ pręmia / gloriã & ſupnę fœlicitatis participationẽ. vniceq; in ſe cõtinet: quod aliorum ſinguli in ſuo ordine ac ſorte diuiſim explicãt ac poſſidẽt. quare multo amplior & copioſior / q̃ aliorum quorũuis ſanctorũ: eius beatitudo & gloria eſſe dinoſcitur. ¶ Cõſonat etiam ſupradictis beatus Bernardus / dicens. Merito in plenitudine ſanctorum / MARIAE detẽtio erat: cui nec puritas angelorũ / nec fides defuit patriarcharũ / nec ſpes prophetarũ / nec apoſtolorũ zelus / nec conſtantia martyrũ / nec ſobrietas confeſſorum / nec caſtitas virginum / nec fœcunditas defuit cõiugatorum. ¶ Poterit & alio modo quiſpiam pia veneratione & religione duodecim virginalis coronę ſtellas accõmodare dignitatibus ſacroſanctę virginis / quas in cœleſti Hieruſalem obtinet: q̃ nũc adaptatę ſunt. et cuiq; liberũ eſt pro pio affectu & deuotione in ſanctã dei matrem: huiuſmodi adaptationes excogitare & inueſtigare. quoniã quicquid magnificũ / pręclarũ atq; ſingulare de eius laude ac gloria dici poteſt: minus eſt atq; inferius q̃ res ipſa ſe habet. quandoquidẽ illa omni eloquio humano / omni captu & cogitatu mentis eſt ſuperior atq; pręcellentior. Si enĩ nec oculus vidit / nec auris audiuit / nec in cor hominis aſcẽderũt / quæ pręparauit deus diligentibus ſe: quanto minus ea quæ pręparauit ſuę dilectiſſimæ matri / ſupra omnes creaturas iure optimo exaltatæ? ¶ Cæterum paucis hic oſtendendum eſt / quantã habet germanitatem & cõformitatẽ glorioſa beatę virginis aſſumptio ad triumphalẽ Chriſti aſcenſionem: vt ex huiuſmodi cognatione amplius dinoſcatur tam magnificæ aſſumptionis gloria. Primo 1
quidem Chriſtus aſcenſionẽ ſuam diſcipulis pędixit. Vado (inquit) ad eum qui miſit me. Ita & beatæ virgini ſua aſſumptio
ab angelo prænunciata eſt. Secundo. Aſcenſioni dominicæ 2
affuerunt diſcipuli Chriſti: eamq; coram ſunt contuiti / affuit & ſacra dei mater. haud ſecus ſubleuationi in cœlum beatæ virginis: præſentes fuerunt apoſtoli / & ipſe Chriſtus. Tertio. Chriſtũ 3
euntẽ in cœlũ: ſuſcepit nubes clara. beatam vero virginẽ cœlos
penetrantem: Chriſtus & turba angelica. Quarto. Cœleſtes ſpi 4
ritus admirabundi: quiſnam eſſet ille rex gloriæ / percontantur in Chriſti aſcenſione. Ita & in aſſumptione virginali: quæ eſſet
illa quæ aſcendit de deſerto / cum admiratione ſciſcitãtur. Quin 5
to. Chriſtum in cœlos redeuntem comitati ſunt ſancti patres: captiuitate erepti. Beatam autem virginem reuerenter excepit
obuia cœleſtis regni curia. Sexto. Chriſtus in corpore glorifica 6

Bernardus

1. Corin. 2.

Ioan. 16.

Pſal. 23

Cant. 8.

to poſt reſurrectionem a morte:cœlos aſcendit.Ita & eius ſacta
mater poſt reditũ a morte ad vitam : cœlorum atria in corpore
7 glorioſo ſubijt.Septimo.Chriſtus ſuper omnes cœlos aſcendit:
& angelicos/ſanctorumq; ordines / ſedetq; ad dextram patris.
haud diſſimiliter beata virgo omnes cœleſtiũ ciuiũ ſedes tran=
8 ſcendens:proxima aſſiſtit filio. Octauo.Cõſtitutus eſt Chriſtus
a patre iudex viuorum & mortuorum.Haud minus beatæ vir=
gini data eſt iudiciaria poteſtas ſuper orbem terrarum.Si enim
ſancti apoſtoli iudicabunt nationes:nonne multo valentius & Matth. 19.
9 beata virgo?Nono.Chriſtus poſt aſcenſionem in cœlum:vt ho
mo/regni cœleſtis cõſtitutus eſt rex.Beata vero virgo:eiuſdem
10 regni coronata eſt regina.Decimo.Chriſtus vt mediator dei &
hominũ: poſtulat patrem pro nobis. Eius autem mater vt me=
diatrix:deum aſſidue orat pro peccatoribus. Et hoc pacto mul=
tæ aliæ colligi poſſunt vtriuſq;/ aſcenſionis inquã domini & aſ=
ſumptionis ſacræ virginis/conuenientiæ ex ſupradictis:per mo=
dum epilogi/breuiſq; ante dictorũ repetitionis.

¶Beatam virginem multa hominibus beneficia a deo / ſua
benigna interuentione impetrare. Cap. XVII.

CAEterum quoniã poſtremo loco precedentis ca
pitis dictũ eſt/ſacroſanctã virginẽ MARIAM
in regno cœlerũ principatum tenere vt medi=
atricem & exoratricem pro nobis: idipſum ali=
quãto latius ediſſerendum eſt/ & quomodo ſuę
miſericordiæ viſcera hominibus oſtendat:pau=
cis aperiendũ.Sane pretermiſſis alijs innume=
ris beneficijs: tria potiſſimũ a deo nobis impe=
1 trat/ſua aſſidua poſtulatione. ¶Primo. Benedictionẽ & gratiæ
elargitionem in hoc noſtrę peregrinatiõis ſtatu.Neq; id ab re.
Nam vnice benedicta inter mulieres/ & benedictionem mũdo
impartita:quid non benedictionem nobis a deo communicari
exoraret/per quã ablata maledictione:effuſa eſt benedictio ſu=
per filios hominum?Huius autem beneficentiæ figura: fuit Re
becca mater Iacob.quę vt perhibet ſcriptura/ docuit filium ſuũ
parare eſcam patri ſuo:vt benedictionem conſequeretur. & ma Gene. 27.
tris opera:Iacob compos voti effectus eſt.Si itaq; gratia indige
mus/ſi diuino munere:confugiamus ad eam quæ cœleſtis the=
ſauri eleemoſynaria & diſpenſatrix eſt a deo cõſtituta/vt per eã
2 quicquid petimus a deo aſſequamur. ¶Secundo.Eadem beni=
gniſſima virgo impetrat hominibus a deo recõciliationem. Cũ
enim grauiter peccatis noſtris offenſus eſt deus & exacerbatus:

cum gladium ſuum vibrauit/arcum ſuum tetendit & parauit il-
lum/vt dignam peccatis noſtris inferat punitionem: tunc ipſa
dei mitigat iram/ſedat indignationem/prorogat vltionē/deum
nobis reddit propicium/mater filium placat & lenit. Sane tam
1.Reg.25. miſeratricis huius gratię ponitur in ſcriptura exēplum & figu-
ra: Abigail mulier prudentiſſima.quę Dauid grauiter infenſum
viro eius ſtolido Nabal/facilitate ſua & māſuetudine placauit/
et ferrum quod ſtrinxerat ille in totius domus exterminiū: va-
gina incruentum recondi impetrauit/atq₃ ne tantæ ruſticitatis
Nabal pœnas ſumeret/quemadmodum iuramento ſe aſtrinxe-
2.Reg.14. rat: effecit. Fuit & tantæ gratię beatæ virginis typus: mulier illa
ſapiens Tecuites: quæ Abſalonem filium fraternæ cedis reū re-
uocauit in gratiam Dauid patris ſui. Si igitur extimeſcimus irā
dei/ quē peccatis noſtris irritauimus atq₃ exaſperauimus: vni-
cum ſit confugium noſtrum hęc reconciliatrix/ patrona & ad-
Bernardus uocata noſtra. De qua ſic ait Bernardus in ſermone: cui9 i deci-
moquinto huius libelli capite facta eſt mentio. Deniq₃ deus no-
Deute.4. ſter ignis cōſumens eſt. Quidni vereatur peccator accedere: ne
Pſal.67. quemadmodum fluit cæra a facie ignis/ ſic pereat ipſe a facie
dei/Iam itaq₃ ne ipſa mulier benedicta in mulieribus videbitur
ocioſa: inuenietur equidē locus eius in hac reconciliatione. Op9
eſt enim mediatore ad mediatorem iſtum: nec alter nobis vti-
lior q̄ MARIA. Crudelis nimirum Eua: per quam ſerpens an-
tiquus peſtiferum etiam ipſi viro virus infudit. ſed fidelis MA-
RIA: quæ ſalutis antidotum & viris & mulieribus propinauit.
Illa enim miniſtra ſeductionis: hęc propiciationis. Illa ſuggeſſit
præuaricationem: hęc iniecit redemptionem. Quid ad MARI-
AM trepidet humana fragilitas/ nichil auſterum in ea/ nichil
terribile; tota ſuauis eſt/omnibus offerens lac & lanam. Reuol-
ue diligentius euangelicæ hiſtorię ſeriem vniuerſam / & ſiquid
forte increpatoriū/ ſiquid durum/ ſiquod deniq₃ ſignum vel te-
nuis indignationis occurrerit in MARIA: de cætero ſuſpectā
habeas/& accedere verearis. Qđ ſi vt vere ſūt/plena magis om
nia pietatis & gratię/plena manſuetudinis & miſericordię/ quę
ad eam pertinent inueneris: age gratias ei qui talē tibi mediatri
cem benigniſſima miſeratione prouidit/in qua nichil poſſit eſſe
ſuſpectum. deniq₃ omnibus omnia facta eſt/ſapientibus & iſipiē
tibus copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit/omnibus miſeri-
cordię ſinum aperit: vt de plenitudine eius accipiant vniuer-
ſi/captiuus redemptionem/ęger curationem/triſtis conſolatio-
nem/peccator veniam/iuſtus gratiam/angelus lętitiam/deniq₃
tota trinitas gloriam. filij perſona: carnis humanæ ſubſtantiā.
vt non ſit: qui ſe abſcondat a calore eius. Hæc Bernardus.

3 ¶Tertio. Beneficentiſſima dei mater & largitrix ampliſſima: i̅petrat nobis a deo æterni regni poſſeſſione̅ atq; cõſortiũ. Quod ſane figuratũ eſt per Berſabee vxorę Dauid: quæ filio ſuo Salomoni impetrauit regnum Iſrael/ vtq; patri ſuo ſuccederet in gubernatione regia: cum Adonias frater eius ſceptrũ regni ſibi arroganter vendicare attentaſſet. Si igitur cœleſtis regni hęreditatem expetimus/ ſi participationem illius nobis datum iri poſtulamus/ ſi illo beatorũ habitaculo nolumus excludi: cõuertamus vota & preces noſtras ad reginam cœli/ quæ hoc nobis i̅petret a filio ſuo & rege ſuperno. Benigna ſiquide̅ eſt: & faciles precibus noſtris aures accommodabit. ¶Sed o pientiſſima dei mater: ecce nos ſerui tui inopes ſumus gratiæ/ & pauperes facti nimis: Aperi igitur ſinũ miſericordiæ tuæ: & i̅partire nobis larga manu ſpiritualiũ dona chariſmatũ. Inſuper dominũ & deũ noſtrũ ad iracundiã ꝓuocauimus peccatis noſtris/ & grauiter offendimus: meritoq; virgã illius ferreã formidamus. Verum tu illi vbera quæ ſuxit oſtende/ mitiga inſenſum: mediam te obijce inter tela quæ ab eo vibrantur & nos/ veniamq; nobis obtine. Deniq; in hoc triſti gemimus exilio/ ſuſpirantes ad regione̅ illã cœleſte̅: in qua O ſplendidiſſima regina obtines primatũ. Excludunt reuera nos ab illius ingreſſu/ & arcent opera noſtra mala: quæ magnũ firmant chaos inter nos & ipſã. Cęterũ benigniore nos oculo reſpice/ porrige dextram iacentibus in limo terræ/ ſurſum nos ad te ſubleua: atq; æterni regni ſeruos tuos participes hęredeſq; conſtitue/ & tecũ colloca. vt te tandem videamus ſublimatam in cœleſti ſolio/ & quod fide nũc ampleċtimur atq; profitemur: demum facie ad faciem coram aſpiciamus. quo te perpetuo laudemus cum ſanctis angelis reginam cœlorũ & mũdi dominam vna cum deo patre & filio & ſpiritu ſancto: cui tecum ſit honor & gloria in ſęcula ſęculorum. Amen.

3. Reg. 1.

¶Libelli de aſſumptione beatæ
MARIAE virginis:
Finis.

¶Index capitum præſentis opuſculi.

Folio.

81 ¶Quare Chriſtus voluit dilectam matrem ſuã/ poſt aſcenſio-
nis ſuę triumphum: adhuc in terris manere ſuperſtitẽ. Cap.I
82 ¶Quę erant quotidianę beatę virginis occupationes & exerci
tia/poſt aſcenſionem domini in cœlum:q̃diu hic pmãſit. II
83 ¶Q; beata virgo poſt filij ſui aſcenſionem: contemplatiuę vi-
tę potius q̃ actiuæ fuit addicta/intenta/& dedita. III
85 ¶Beatam virginem diuino indultu angelicaq; denunciatione:
præcognouiſſe diem ſuę emigrationis ex hac vita. IIII
87 ¶Angelicos ſpiritus: virginali emigrationi preſentes fuiſſe, ma
lignos vero: nequaq̃. V
88 ¶Q; in trãſitu ex hoc mũdo: beata virgo nec vllum habuit do
lorem corporis/nec animi timorem. VI
90 ¶Obdormitioni ſanctę virginis & Chriſtum affuiſſe: eamq; cũ
angelorum & ſanctorum oĩm comitatu in cœlũ deduxiſſe. VII
91 ¶Q; ſuper omnes choros angelorum & ordines ſanctorũ: ex-
altata eſt beata virgo in regno cœleſti. VIII
92 ¶Beatę virginis in cœlum deductionem atq; aſſumptionẽ: ve-
teris teſtamenti figuris eſſe pręſignatam. IX
93 ¶Exaltationem quoq; ſacratiſſimę virginis ſup oẽs ſãctos/et i
cœleſti throno collocationem: pręſignificatã ãtiquitus fuiſſe. X
94 ¶Q; beata virgo poſt ſacri corporis ſui tumulationẽ/ ad imor-
talẽ vitã reuocata eſt: & in corpore atq; anima glorificata. XI
95 ¶Rationib9 ex ſcriptura et iuris naturalis dictamine ſumptis:
pbari ſacroſanctę virginis in corpore glorificationẽ. XII
97 ¶Auguſtini authoritate/etiam oſtendi glorificationem ſanctiſ
ſimę virginis: in corpore ſimul & anima. XIII
98 ¶Q; beata virgo in corpore glorificato demum aſſumpta: dia-
demate principatus cœleſtis ſit coronata. XIIII
100 ¶Quomodo beata virgo eſt mulier amicta ſole/& luna ſub pe-
dibus eius: & corona ſtellarum duodecim in capite eius. XV
102 ¶Altera duodecim ſtellarũ coronę virginalis explicatio: & aſ-
ſumptionis eius ad Chriſti aſcenſionem comparatio. XVI
104 ¶Beatam virginem multa hominibus beneficia a deo: ſua be-
nigna interuentione impetrare. XVII

¶Indicis capitum huius libelli/finis.

❡Completum eſt hoc opuſculum cum cæteris præcedentibus/ & ex officina emiſſum in alma Pariſiorū academia: anno domini omnium ſāctificatoris et glorificatoris. 1513. die vero Nouēbris viceſimanona. Per Henricum Stephanum librorum imprimendorum induſtrium opificē: e regione ſcholarū Decretorum habitantem.

❡Ad lectorem/ hexadecaſtichum carmen.

❡Triſtia non ſenſit primę contagia culpæ:
  Nec generis labem virgo beata tulit.
Sed benedicta deo/ præuentaq; numine cœli:
  Fulſit in exortu candida tota ſuo.
Hæc itidem/ mentem gladio tranſfixa doloris:
  Ingemuit nati funera dira ſui.
Quando crucem iuxta perfuſam ſanguine ſacro
  Aſtitit: humectans fletibus ora pijs.
Deniq; ſydereos eadem conſcendit in orbes:
  Geſtat vbi dextra regia ſceptra manu.
Et caput ornatur ſtellis radiante corona:
  Aethereæ ſumma ſede repoſta domus.
Continet hęc præſens myſteria cuncta libellus:
  Latius explanans ordine quodq; ſuo.
Hunc lege: qui ſanctam Chriſti celebrare parentem
  Sedulus/ et digna tollere laude cupis.

Vale.

Non est tibi cure quod soror mea
reliquit me solam ministrare iube
illi ut me adiuvet Luce

Dicit eternus filius ab eterno patre et dicit
iube illi ut me adiuvet i. mitte angelum Gabri
elem ad nonciandum ut me adiuvet i. consentiat in mea na
tivitate [illegible] deo et [illegible] conservata est filius ingred.
auxilium petit quia sumpturus erat humanam naturam

Auxilium etiam petit in assumptione matris que se digna
[illegible] indigebat auxilio quia qui socij sunt in tribu
latione oportet etiam ut sint socij in letitia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico e Legatoria
Piazza dello Spirito Santo, 11 - Tel. 21.244
PESCARA